

D 6540









IO. DAV. MICHAELIS+  
GRAMMATICA  
CHALDAICA




---

GOTTINGAE,  
SVMP. IO. CHRIST. DIETERICH  
MDCCLXXI

*J. G. K.*

*J. Gildemeister.  
Jah. 1892*





§. I.

*Consonantes eadem quae Hebraeorum.*



Linguam Chaldaicam\*), ea vero est Aramaea Orientalis\*\*), Chaldaeae et Assyriae olim vernacula, ita tradendam suscipio, ut a Iudaeis, cum in pericopis quibusdam textus bibliorum\*\*\*), tum in Chaldaicis

\*) Dan. I, 4.

*Car. II, 1.*

\*\*) Ies. XXXVI, II. Dan. II, 4. De orientali et occidentali Aramaea, ejusque duplici dialecto quae scripsi, ea leges in *Abhandlung von der Syrischen Sprache*, cum chrestomathia syriaca edita, §. 2.

\*\*\*) Genes. XXXI, 47. Ierem. X, II. Dan. II, 4. VII, 28. Ezrae IV - VII.

cis versionibus, quae Thargumim appellatur, Hebraicis literis scribi solet: ipsi enim earum terrarum indigenae ortu non Iudaei aliis literis utuntur, sed illae jam nihil ad nos, ex Doctissimi Büttneri tabulis \*) discendae, ac forte parti secundae chrestomathiae Syriacae in posterum praemittendae. Hebraico ergo alphabeto hic contenti esse possumus, quod describere non est opus.

Leges etiam cognitionis et permutationis literarum generaliores, eadem quae apud Hebraeos, ut ex grammatica Hebraica tuto transferri, et ex Syriaca ditari possint: hic non copiae sed brevitatis rationem habeo, taedetque repetere, quae Chaldaismi studiosis aut tradita jam sunt in Hebraicis aut tradentur in Syriacis initiis.

## §. II.

\*) Büttners Vergleichungstafeln der Schriften verschiedener Völker: erstes Stück. Tab. I.

no fructu.

chaldaica

conineo quodam  
tanquam vultu  
sicut, utitur.

Gl. T. W. pp. 100

22. A. XIII. 141

quosque ha-  
cist.



## §. II.

*Peculiaria Chaldaismi in consonantibus.*

Haec tamen pauca ignorare nolim tirones, Chaldaismo quodammodo propria, et a consueta ratione Hebraismi recedentia.

1) Literae  $\aleph$  et  $\eta$  ferviles, quin et tertiae radicalis, in Chaldaismo biblico pene promiscue ponuntur: i. e. terminatio generis feminini et status emphatici, linguae Aramaeae usum proprium si spectes, scribi debet per  $\aleph$ , nec tamen raro scribitur per  $\eta$ : idemque tenendum de  $\aleph$  initiali conjugationis Aphel et passivarum, deque tertia radicali  $\aleph$ , pro quibus saepe per imitationem Hebraismi  $\eta$  ponitur. Est tamen haec orthographiae peregrinitas frequentior in Daniele et Ezra, quam in Thargumim.

A 2

2) Amant

2) Amant Aramaei universim, atque in his Chaldaei, pro sibilantibus Hebraeorum reponere D. et T., nec id promiscue, ita ut quaelibet sibilantium mutari possit in quamlibet earum, quae vim D. et T. habent, sed certa aliqua lege. Nempe

a) Zain Hebraeorum Chaldaeis saepe fit Daleth: ut זָהָב, *aurum*, Chaldaice דָּהָב

b) Tsade Hebraeorum Chaldaeis saepe fit Tet: ut צֶדֶד *petra*, Chaldaeis טֶדֶד *mons*, צִבְיָה *caprea*, Chald. טְבִיָּא

c) Schin Hebr. Chaldaeis saepe fit Thau, ut שֶׁלֶג *nix*, Chald. תְּלֵג.

Horum quidem aliquid aliquando in Hebraismo observatur, sed rarissime: in multis autem verbis lingua Aramaea ita ab Hebraica sejungitur, ut D. et T. pro sibilantibus Hebraicis habeat.

3) Sin,

- 3) Sin, quod nunquam habent Syri occidentales, semper pro eo Samech ponentes, raro quidem, sed tamen usurpat orthographia Chaldaica, sive imitatione Hebraicae, sive per archaismum. Ipse certe Moses, Genes. XXXI, 47. עֲרֻרְתָּא scripsit. Quo autem recentioris sunt aetatis scripta Chaldaica, eo rarius in illis Sin, frequentius Samech.
- 4) Frequens mutatio literae Hebraicae Tsade in Ain, ut ארץ *terra*, Chaldaeis ארעא. De scribarum lapsu cogitari ob figurae similitudinem posset, nisi idem, et in lingua Syriaca, et in vivente adhuc reliquisque cognatis superstite Arabica fieret, in quibus figurae dissimillimae. Ipsum illud, quod in exemplo posui, *terrae* nomen, Arabibus ارض *est*, Syris ארע. Quid factum sit video: cur factum, cur Tsade in Ain mutatum, conjicere nunquam potui.

ארעא *Arab.*  
 ארץ *Chald.*  
 ארע *Arabicum,*  
 ארע *ob co*  
 duorum ארע ארע  
 ארעא. II *in ren: o*  
 ארעא. II *ab ארע*  
 ארעא. II *א 27. א*

A 3

5) Chal-

- 5) Chaldaei, plane ut Syri et Arabes, in terminatione dualis et pluralis masculinorum amant purius quid sonans N, Hebraei M, obtusioris foni literam. Est tamen, ubi Iudaici scriptores, Hebraismum suum imitati, M posterunt.

in quoque e. Alph  
vum, sicut multa

quod nonnulli

onomim byge pnam th-tur e.g. # 777. Pro: XX. v. 12. 770X

III. 7. 777. 23

§. III.

De vocalium ratione, anomaliis,  
et quantitate.

San. V. C. ; in pu

hissima p... r...

Vocales Chaldaeis eadem, quae Hebraeis, novem numero, non antiquae, ut equidem puto, sed sensim inde a seculo sexto usque ad decimum a Iudaeis inventae, textuique additae. Habuerintne antea Chaldaei alias vocales, tres forte, jam non disputo.

Questus est Buxtorfius, turbatissima se in codicibus versionum Chaldaicarum puncta reperisse, opusque habuisse, ea emendare et ad regulam revocare, cum eas ederet: pro cuius  
dili.

diligentiae parte gratiae ei agenda sunt; mallet tamen, non ubique eum fuisse tam diligentem, nec eas contemno editiones Thargumim, quae plures in punctis anomalias reliquerunt. Ad Danielis et Ezrae libros, tanquam ad aliquod antiquum, et sanctum verae scriptio- nis exemplum, puncta Chaldaica- rum versionum castigare volebat, nec id consilium plerisque displicuit: igno- rabatne autem, in ipso Daniele et Ezra puncta codicum antiquorum valde ab editionibus typographicis dissidere? Cer- te hic ex codicibus paulo remotioris se- culi alia quodammodo in punctis gram- matica Chaldaica scribi posset: quod ut planum faciam, non tironibus (ho- rum enim nihil interest, in initio quip- pe discendi, ut fas est, credent magi- stro) sed doctioribus, quibus aditus ad codices antiquos negatus est, sub- jungam grammaticae non ingratum, ut spero, corollarium, excerpta codicis

Cassellani. Si quid autem in punctis Chaldaicis aut corrigendum, aut in diffidio codicum Danielis et Ezrae praeferendum, Syriacae linguae analogia tutissima nobis norma erit, quippe quae et perfectius nobis pluribus ex libris est cognita, et diutius vixit, postquam diu Iudaei desierant Chaldaica lingua pro vernacula uti.

Longarum et brevium vocalium, rei summam si spectes, eadem lex, quae apud Hebraeos: nisi quod plures sunt anomaliae, ut עֵץ Dan. IV, 4.

Harum aliquae ad certam revocari rationem possunt, ut Patach in קֵטֶלֶךְ similibusque: licet enim *Ketalu* scribatur, ex syriacismi tamen analogia omissa vocali ultima *Ketal* adpellatum fuisse videtur, syllaba in consonantem jam desitura, ut brevi vocali opus sit. Aliae evanescent, modo ea sumas, quae in Hebraica grammatica tradere soleo: nec Chirek duplex esse, et Schurek in anticipi-

cipitibus numerandum \*). Huc referes באוֹשֶׁתָא Ezr. IV, 12. et עִבְדָתָא Dan. II, 49. Reliquarum anomaliarum causa esse videtur, quod in Chaldaicis punctis plures habemus antiquioris temporis reliquias, quo nondum leges quantitatis aut inventae aut plane perfectae erant, parciusque libros, non ea lingua scriptos, quae sancta putabatur, Masorethae correxerunt, quam Hebraicos. Eo quippe tempore, quo septem vocales habebant Iudaei \*\*), non poterant eae leges, quae nunc sunt, vo-

A 5 cales

\*) Nempe sic existimo, inque grammatica Hebraica ore tradita, exemplis confirmare soleo, *Schurek* et *Kibbutz* non quantitate differre, sed hoc uno discrimine: *si U in syllaba exprimendum plene scripta* i. e. *matrem lectionis Vau habente*, *Schurek*, *si in syllaba defective scripta*, *Kibbutz* ponitur.

\*\*\*) Vide librum Cozri pag. 143. meamque commentationem de Syrorum vocalibus, (octavam earum, quas Societati Scientiarum oblatas seorsim edidi) §. VI.

Ad syllabas  
quod aliter, aliquid  
Uter autem dignus  
dividens Chaldaei  
transpos. hinc vocalib.  
et q. p. 72, 175  
cetera, dicitur in  
527-530 f. 11. s.  
vid. aliquid de vocalib.  
vocalib.

cales longas brevive inter syllabas sim-  
plices et compositas dispertiri. Aucto  
vocalium numero eae sensim rogatae,  
a Masorethis in margine praeceptae, et  
tamen multo post tempore nondum sa-  
tis a librariis puncta describentibus ob-  
servatae: quod Cassellani codicis exem-  
plo intellexi. Hic enim, ante VII se-  
cula scriptus, in Hebraicis quoque in-  
numera habet, legibus grammaticis de  
vocalium quantitate, Masorae, et edi-  
tionibus contraria. Iam cum cura Ma-  
foretharum ad Thargumim Chaldaica  
plane non pertinuerit, Danielis autem  
et Ezrae Chaldaica minus sancta visa  
fuerint Iudaeis reliqua bibliorum parte,  
non mirum, plusculum in illis antiquae  
et legibus nondum adstrictae orthogra-  
phiae remansisse.

Eam medicari orthographiam, quae chaldaei in  
syllaba hinc ubi brevi est cum mate  
lectionis tot probi, in chaldaei quoque frequent  
observari, ut in Cassellano codice e. g. San. V. 32  
כִּי אֵלֶּיךָ יָשׁוּב׃ וְאֵלֶּיךָ יִשְׁבֹּעַ׃ וְאֵלֶּיךָ יִשְׁבֹּעַ׃ וְאֵלֶּיךָ יִשְׁבֹּעַ׃ Cassell.  
כִּי אֵלֶּיךָ יָשׁוּב׃ וְאֵלֶּיךָ יִשְׁבֹּעַ׃ וְאֵלֶּיךָ יִשְׁבֹּעַ׃ וְאֵלֶּיךָ יִשְׁבֹּעַ׃





## §. IV.

*Mutationis vocalium Hebraicarum  
in Chaldaicas leges praecipuae.*

Notent autem tirones haec Chaldaismi ab Hebraismo in vocalibus divergia.

1) Saepius Chaldaei Schva ponunt, quam Hebraei, ut, si a nostris vocalibus ad antiquam pronuntiationem argumentari licet, correptius videantur pronuntiasse: קטל Hebr. קטל Chald.

2) Pro duplici Segol Hebraeorum ponere amant Patach aut Tserè praecedente Schva, quod in omnibus prope Segolatis, his quoque quae Tserè antè Segol habent, obtinet, ut Chald.

מֶלֶךְ	rex,	--	--	מֶלֶךְ
בַּעַל	dominus,	--	--	בַּעַל
טַעַם	sapor, sapientia,	--	--	טַעַם
קַרְנֵי	cornu,	--	--	קַרְנֵי
				שֶׁלֶךְ

שֶׁלֶג	nix,	--	--	תֵּלֵג
סֶפֶר	liber,	--	--	סִפֵּר

Iudaei tamen Chaldaica scribentes aliquando et formas segolatas in Danielis et Ezrae libris retinuerunt, ut Dan. VII, 8. קָרַן: quin et eandem secti analogiam in terminatione feminina tertiae personae singularis praeteritorum nonnunquam Schva et Patach in duplex Segol mutarunt, ut Dan. V, 10. אָמַרְתָּ, *dixit*, pro אִמַּרְתָּ. Plura dabit paradigma verborum. Manifestus error, nisi aut puncta ab ipso Danielis manu sint, aut punctator Danielem recitantem audierit: nihil enim simile habet sive Hebraismus, sive Syriaismus.

- 3) Cholem Hebraeorum saepe transit in Kamets, unde fit, ut in Chaldaica lingua, A, litera, sit longe frequentissima. Lege alta voce Dan. III. 2. 3. 4. habebisque rei exemplum.

Kamets

Kamets ex Cholem ortum est invariabile, atque nec in statu constructo nec in plurali abjicitur. Vide paradigma nominis םלע, *seculum*. Sunt, fateor, libri, qui in statu constructo םלע scribunt, idque in grammaticas etiam irrepsit: sed ex analogia Syriaismi altera scribendi ratio, םלע, verior videtur.

Chaldaei ubi Kamets habent, Syri, seu Aramaei occidentales, suam vocalem Zekofo, i. e. O, substituunt: idque etiam ibi faciunt, ubi Hebraei Kamets cum Chaldaeis commune habent, ut, in terminatione feminina. Contra Chaldaei, seu Orientales, ipsum illud Zekofo Syrorum, sicubi legant, ut A efferunt.

## §. V.

*De notis diacriticis.*

Notas diacriticas easdem habent Chaldaei, quas Hebraei. Omittis ergo, quae

quae ex grammatica Hebraica transferri possunt, haec modo memoriae mandemus nova et Chaldaismo propria.

1) *Dagesch lene*

- a) plane exsulat post Iod schvatum, quantumvis illud Schva sit quiescens.  
 b) multo frequentius, quam apud Hebraeos, in tertia radicali desideratur, ubi praecedens Schva quiescens illud poscere videbatur: idque eo tenendum diligentius, quia nonnullae grammaticae, ex analogia Hebraica Dagesch ponentes, falsa habent nominum verborumque paradigma, exemplisque in Daniele et Ezra obviis contraria.

Huc referendum, quod in formis nominum מֵלֵךְ et מְלֵךְ totus pluralis in tertia radicali Dagesch non habet, licet habuerit in statu emphatico singularis numeri. Excipienda tamen nomina אֲנָךְ et עֲנָךְ. Sunt et alia hujus generis, ex paradi-  
 verbo-

verborum petenda: sed hic sufficiat, genus exceptionis indicasse, ad quod singula referri exempla paradigmatum poterunt.

2) *Dagesch forte*

a) in verbis mediae radicalis geminatae, ad compensationem mediae radicalis elifae, primae potius, si id fieri possit, quam tertiae radicali imprimitur. Vide paradigma eorum verborum.

b) in Thau passivarum conjugationum saepe ponitur, ad compensandum Aleph elifum primae radicalis, et conjugationis Aphel, ut אָתָּקַטַּת pro אָתָּקַטַּת.

## c) Pro eo substituitur

a) Nun schvatum, literae, ex qua Dagesch forte excidit, praemitendum. Frequens hoc in verbis anomalis, sed uno exemplo, rem Hebraismo ignotam illustrante, contenti simus. Ab אָלָּל *ingressus*

*sus est*, dici in Aphel debuisset  
 על או העל, *introduxit*, cum  
 Dagesch in Ain, si gutturales Da-  
 geschmitterent: sed pro eo le-  
 gimus, העל Dan. II, 25. Vide et  
 futura verborum primae radica-  
 lis Iod. Nec id in verbis solum,  
 sed et in nominibus usu venit.

Est tamen hoc ita peculiare  
 Chaldaismo Iudaico, ut vel Syri-  
 asmo sit ignotum? natum forte  
 ex errore Iudaeorum, in exsilio  
 Chaldaice loqui discentium, qui  
 cum saepe a Chaldaeis primam  
 radicalem Nun distincte pronun-  
 tiari audirent, ubi Hebraeis per  
 Dagesch in sequente litera com-  
 pensatur, id ultra modum imitati  
 sunt, etiam, ubi alia de causa ge-  
 minanda erat litera, Dagesch in  
 Nun schvatum resolventes. Sic  
 forte apud nos indoctior, elegan-  
 tiam adfectans, pro, *collum*, scri-  
 pserit

2x fmo dux, 72x

72x -

3x, 2x. V. 17.

originalis quidam  
 in long. yodiam fecit

resolvente

1 - 72x

17x - 72x

psferit, *contum*, quod videt, aliquando a quibusdam se doctioribus, *conlega*, pro, *collega*, scribi: memini certe, similes errores in lingua Germanica committi a plebe inferioris Saxoniae, superioris dialectum imitante.

β) Aleph mobile, post literam, ex qua Dagesch abjicitur, ponendum: sono non multum dissimili. Sic pro יִבְרַח *humiliabitur*, Hof. V, 5. leges יִמְאֵר. Est hoc contrarium numeri b, et forte inde ortum: *quod in Lyo: frequenter hinc invenitur.*

3) Patach gnubha non omnino quidem ignorant libri Chaldaici, (vide Dan. V. 24. שְׁלִיחַ) est tamen rarissimum, nec in suffixis, ut in פְּשָׁרִיהַ Dan. II, 6. ante He Mappikatum ponitur. §. 24. Dan: D. 14. Eze: V. 2.

B

§. VI.

## §. VI.

*De tono.*

Tonus ultimam tenere syllabam solet: a qua lege minus etiam frequentes, quam in lingua Hebraica exceptiones, ad quas referes

- 1) perpauca segolata, Hebraismi imitatione facta, (§. IV, n. 2.)
- 2) primam et tertiam personam pluralis praeteritorum,

et alia minora. Dualem autem (v. c. רגליו) in exceptionibus non numero, quippe cujus A et I in diphthongum cœunt, unamque syllabam faciunt.

Est hac parte valde diversus a Chaldaismo Syriaismus, tonum saepe in penultima figens: idque utriusque dialecti Aramaeae diffidium etiam in Hebraica manavit. Cum enim Judaeis Aramaea lingua per multas aetates esset vernacula, accidit, ut mortuam quoque Hebraeam,



braeam, quam in consonantibus folis  
bibliorum habebant, ad Aramaeae mo-  
rem adpellarent: qui Chaldaice loque-  
bantur, ut, qui in Chaldaea aut Iudaea  
proprie fic dicta, Hierofolymisque de-  
gebant, Chaldaeorum more; quibus  
Syriaca dialectus vernacula, Nesibeni  
et Galilaei, fyriace. Auctores quidem  
punctorum et accentuum in tono ple-  
rumque Chaldaeos fequuntur, amant-  
que oxytona: cumque his faciunt Ju-  
daeï Hispani, aliique ortu nobiliores,  
id est, ut verifimiliter prae fe ferunt,  
Hierofolymitani: noſtri contra in Ger-  
mania et Polonia Judaeï, pro Galilaeis  
habiti (Meſopotamiorum nomine aut  
Nesibinorum eos ſolarer, ſi ſolatio eſſet)  
plura etiam quam ipſi Syri faciunt par-  
oxytona, ac toni ſedem plerumque in  
penultima figunt.

*ſeſſe: A. 2. VII. 1*

## DE VERBIS.

## §. VII.

*Conjugationes.*

Verba, ut apud Hebraeos, trilatera, et radices sunt, ex quibus nascitur reliqua vocabulorum silva. Ab his oriuntur aliqua quadrilatera, eodem, quo apud Hebraeos, modo. Habe paradigma conjugationum octo, 1) *Peal* 2) *Ithpeel* 3) *Pael* 4) *Ithpaal* 5) *Aphel* 6) *Itthaphal* 7) *Schaphel* 8) *Ischthaphal*: quarum prima, tertia, quinta, et septima, activae sunt; reliquae, 2, 4, 6, 8, passivae. Hebes esset, qui non agnosceret

*Peal* esse - *Kal* Hebraeorum

*Pael* - - *Piel*

*Aphel* - *Hiphil*

cum forma, tum significatione.

Passi-

Passiva ab activis formantur praeposita syllaba **הת**, plane ut apud Syros. Hebraismo, He amanti, acceptum referendum, quod in Daniele et Ezra nonnunquam syllabam praefor-  
mativam **הת** habent. Thau earum characteristicum

- 1) transponitur cum prima radicali sibilante, et cum Schin characteristico conjugationis Schafel
- 2) transpositum mutatur, post Zain in Daleth, et post Tsade in Tet.

Exempli loco sufficiat **הוֹרַמְתָּן** Dan. II, 9.

Participium.	Futurum	Imperat.	Infinit.	Praeter.	
Activum Passivum	הַעֲשֶׂה הֵיבֵר	הַעֲשֶׂה	הַעֲשֶׂה	הָעָשָׂה	Peal
	הַעֲשֶׂה	הַעֲשֶׂה	הַעֲשֶׂה	הָעָשָׂה	Itipheel
Activum Passivum	הַעֲשֶׂה הֵבֵר	הַעֲשֶׂה	הַעֲשֶׂה	הָעָשָׂה	Paal
	הַעֲשֶׂה	הַעֲשֶׂה	הַעֲשֶׂה	הָעָשָׂה	Itipaal
Activum Passivum	הַעֲשֶׂה הֵבֵר	הַעֲשֶׂה vel הֵבֵר	הַעֲשֶׂה	הַעֲשֶׂה	Aphel
	הַעֲשֶׂה	הַעֲשֶׂה	הַעֲשֶׂה	הַעֲשֶׂה	Itihaphal
Activum Passivum	הַעֲשֶׂה הֵבֵר	הַעֲשֶׂה	הַעֲשֶׂה	הַעֲשֶׂה	Schaphel
	הַעֲשֶׂה	הַעֲשֶׂה	הַעֲשֶׂה	הַעֲשֶׂה	Itichtaphal

Ex

Ex his conjugationibus rarior paulo Itthaphal, nec Chaldaeis modo, sed et Syris. In Daniele et Ezra nusquam occurrit, semperque pro ea Hebraicum Hophal ponitur, sed quo nolui numerum conjugationum augere.

Duas addidi a plerisque omiffas, Schaphel, idem fere significans, quod Hiphil Hebraeorum, ejusque passivum Ischthaphal. E. g. ab עבר faciunt Chaldaei שְׁעֵבַר *servire coëgit*, indeque אִשְׁחַעְבַּר *servire coactus est*. Hujus conjugationis satis frequens in Chaldaismo usus, frequentior certe quam Itthaphal. Alii ejusmodi verba ad quadrilitera retulerunt, aliquando et Schin per errorem pro radicali habuerunt.

In vocali secundae radicalis, multa varietas. De Tferē (\*) et Cholem in praeterito Peal nihil jam dico, est enim

B 4

utrum-

(\*) Loco Tferē in praeterito Peal etiam ponitur Chirek, ut יָכַל *potuit*.

utrumque ex grammatica Hebraica et Syriaca notum: de reliqua varietate vocalium praeteriti et futuri Kal infra agam. Id tamen hic scitu necessarium,

1) in praeterito et futuro Ethpeel

2) praeterito, imperativo et futuro Pael.

3) futuro Ithpaal

4) praeterito, imperativo et futuro Aphel, non raro sub secunda radicali Patach pro 'Tfere, aut 'Tfere pro Patach, quin et pro utroque Chirek poni. Aliquid hujusmodi in Hebraicis quoque libris, maxime in Hiphil, fieri, recordabuntur lectores: Chirek in Pael (כִּטַּל Dan. III, 22.) et similia forte ex eo tempore reliqua, quo tres admodum vocales habens lingua Aramaea, una eademque figura E et I exprimebat.

Conjugatio Aphel ex puro Chaldaismo habere debet praeformativam Aleph, אֶכֶּטַל, ut apud Syros et Arabes: in Daniele tamen et Ezra. saepe  
He-

Hebraismi imitatione per ה scribitur, הקטל, illudque He in futuro et participio non raro post praeformativas manet, אהקטל, תהקטל etc. מהקטל et מוקטל. Ex his, similibusque Danielis et Ezrae Hebraismis, qui his libris peculiare sunt, intelliges, utrumque librum eo tempore scriptum fuisse, quo recens adhuc vernacula sua admiscensibus Hebraeis lingua Chaldaica; non seriore tempore confectum. In Thargumim enim, antiquissimis etiam, plerumque frustra hos Hebraismos quaesieris, in Daniele et Ezra ubique obvios. Non temperare mihi potui, quin hanc observationem grammaticam theologiae commodarem: tota nostra theologia esse debet grammatica, ipsamque librorum sacrorum, quibus nititur theologia, authenticam, veramque antiquitatem, grammatica, vel ubi naevos linguae et orthographiae deprehendit, confirmat.

Tertiam radicalem gutturalem ך  
et ץ, praetereaue ך, ante se Patach  
amare loco aliarum vocalium, ex He-  
braismo transferendum: nec opus du-  
co, paradigmata verborum gutturali-  
um addere, impedimento futura.

## §. VIII.

*De Praeterito Peal.*

Praeteritorum per conjugationes  
omnes eadem in terminatione flexio,  
ut uno prope paradiamate contentus  
esse posses; sed quia vocalium praecedentium ratio non eadem, malo singularum conjugationum paradigmata ponere. Peal ergo sic flectitur

Fem. Commune Masc.

קטלת	קטל	3 Perf.	} Singularis.
קטלת	קטלת	2 Perf.	
קטלת	קטלת	1 Perf.	
קטלא	קטלו	3 Perf.	} Pluralis.
קטלתו	קטלתו	2 Perf.	
קטלנא	קטלנא	1 Perf.	

Mallet



Mallet forte aliquis paradigma tertiae radicalis *Bgadchphath*, ut statim dignoscere possit, utrum Dagesch ponendum sit an Raphe. Ergo et hoc adjicio, eoque lubentius, quod ab aliis grammaticis hic peccatum, et Dagesch ultimae literae sui paradigmatis פקר impressum video, ubi non erat imprimendum

Fem.	Comm.	Masc.
------	-------	-------

פקרת

פקר

פקרת

פקרת

Plurali non opus. Vides ergo, hic in tertia radicali Dagesch non poni praecedente licet Schva quiescente: idque ne dubium videatur, aliis grammaticis per errorem פקרת habentibus, confer exempla Dan. V, 10. תקפת VI, 23. עברת VII, 16. קרת.

Ad libertatem grammaticam et orthographicam, interdum et ad errores eorum,

eorum, qui puncta adscripserunt, haec referenda; pleraque non in Peal modo, sed et in reliquis conjugationibus usu venientia, ut adjectis indicabo caeterarum conjugationum exemplis.

*Tertia persona feminini singularis,*  
קַמֶּלֶת

1) nonnunquam per Kamets scribitur, ut Dan. VII, 8. סִלְקַת. Est hic forte lapsus punctatorum, verbum regulare cum verbo tertiae radicalis Aleph confudentium: alii certe codices ad regulam סִלְקַת habent.

2) pro Schva et Patach, secundum §. 4. n. 4. duplex Segol adsciscit, ut Dan. V, 10. אִמְרַת II. 34. הַתְּגִירַת II, 45. אִתְּגִירַת, mutatoque, sive ob tertiam radicalem Chet et Ain, sive pro arbitrio librarii duplici Segol in duplex Patach, Dan. V, 12. הַשְּׁהַכַּחַת Levit. X, 2. נִפְקַת Proverb. XXXI, 16. נִסְכַּת. Quamquam de his codices manuscriptos consulens, nonnun-

nono aliter seque  
||| non Dan: II, 34

nunquam alia puncta ad legem paradigmatis invenies, ut Dan. II, 45. in codice Cassellano אֶתְגִּירָה, eoque mihi condonabitur facilius, quod hoc duplex Segol et duplex Patach §. 4. n. 2. ad manifestos punctatorum errores referre sustinui. Destituitur certe linguae Syriacae occidentalis analogia.

3) Media radicalis vocalem suam servat in בָּטַלַת Ezr. IV, 24. (sed ne id quidem sine lectionis varietate, in Cassellano enim codice primae personae verbum reperi, בָּטַלַת, *cessavi ab opere*, vel, *opus cessare jussi*.) In Thargumim nonnunquam vocalem cum matre lectionis invenies, ut Genes. XXIX, 34. יָלִידָת *peperit*.

4) Pro Chirek sub prima radicali nonnunquam more Syrorum occidentalium reperies Segol, ut Dan. II, 13. נִבְקַת.

*Secunda persona masculinorum singularis numeri nonnunquam more Hebraeorum*

orum

orum Kamets sub Thau habet, קטלת, ut Dan. II, 31. הוֹיֵת et v. 32. in codice Cassellano עֵבֶרֶת: nec sola sic puncta hebraizant, sed est, ubi et consonantes hunc punctatori Hebraismum praeverunt, matre lectionis א vel ה posita, ut Dan. II, 41. חִיֵּתָה Pl. LII, 5. רְחִמְתָּא

In prima persona singularis numeri alicubi reperitur קטלת et קטלה: Dan. II, 25. הַשְּׂנַחַח IV, 33. הַתְּקַנַּת sed hic forte error est punctatoris, primam personam cum tertia feminini iisdem literis scripta confundentis: duo certe codices Erfurtenfes Dan. IV, 33. regulariter habent הַתְּקַנַּת

In Thargumim etiam קטלית et קטלית usitatum, non vocalium modo, sed et literarum alia scriptione. Nempe cum prima et secunda persona, ac tertia denique feminina, iisdem literis קטלה scribatur, possitque (ut saepe fecerunt punctatores) ab imperitis confundi, placuit Iudaeis, matrem lectionis, qua indigenae

digenae et Syri occidentales non aegre  
 carent, addere. Exempla funto: Genes.  
 XXIX, 34. יִלְרִית Zach. III, 5. אִמְרִית  
 III, 9. יִהְיֶה V, 1. זָקַפְתָּ IX, 11. פָּרַקְתָּ.

In *tertia persona pluralis numeri*  
 nonnunquam ad leges quantitatis voca-  
 lium hebraicas Kamets sub media radi-  
 cali ponitur, קָטְלוּ, קָטְלָא, quin et fe-  
 mininum per He קָטְלָה scribitur: Dan.  
 III, 13. הִיחִיּוּ V, 5. in Keri נִפְקָה VII, 8.  
 in Keri אֲתַעֲקְרָה.

Praeter consuetum conjugationis  
 Peal praeteritum, significatione acti-  
 vum, de quo hucusque egi, aliud quo-  
 que passivum habent Chaldaei, forma-  
 tum ex participio Peil, hoc typo:

קָטְלָה	קָטְלוּ
	קָטְלָת
	קָטְלָת
קָטְלָא	קָטְלוּ
קָטְלָתָא	קָטְלָתָא
קָטְלָנָא	

§. IX.

*Large unim.  
 etiam sequiora  
 post tert. person.  
 mascul. gen. plur.  
 addunt etiam  
 וְעָלְיוֹן וְעָלְיוֹת*



## §. IX.

*Praeterita reliquarum conjugationum.*

In terminationibus praeteritorum conjugationes omnes eundem typum servant, quem Peal, ut pene supervacaneum videri possit, earum quoque paradigmata adjicere, nisi in vocalium abiectione discreparent. Hoc autem cum ita sit, nolui tirones paradigmata desiderare.

*Ithpeel*, אֶתְקַטַּל, sive per Hebraisimum הִתְקַטַּל

- 1) loco Chirek in syllaba praeformativa nonnunquam ad morem Syrorum occidentalium Segol habet, ut Dan. VII, 8. אֶתְעַקְרָה. Idem et in reliquis passivis fieri teneamus, ut Dan. III, 19. אֶשְׁתַּנִּי.
- 2) sub media radicali Patach quoque et Chirek admittit, אֶתְקַטַּל, אֶתְקַטִּיל, אֶתְקַטַּל.

ח vel

אֶתְקַטַּל. 13. 11. II. H.

ח vel ע, non admittit solum Patach, sed et poscit, idque semper deinde tenendum, ubi de Patach sub media radicali fermo inciderit.

Flectitur autem

אֲתַקְטֹלְתָ	אֲתַקְטֹל
אֲתַקְטֹלְתָ	אֲתַקְטֹלְתָ
אֲתַקְטֹלְתָ	אֲתַקְטֹלְתָ
אֲתַקְטֹלְתָ	אֲתַקְטֹלְתָ
אֲתַקְטֹלְתָ	אֲתַקְטֹלְתָ
אֲתַקְטֹלְתָ	אֲתַקְטֹלְתָ
אֲתַקְטֹלְתָ	אֲתַקְטֹלְתָ
אֲתַקְטֹלְתָ	אֲתַקְטֹלְתָ

Pro Chirek sub prima radicali ex Schva orto licet etiam Patach ponere, אֲתַקְטֹלְתָ etc. plane ut Syri occidentales אֲתַקְטֹלְתָ flectunt.

Pael קָטַל, pro quo nonnunquam reperies קָטַל (Dan. III, 22.) et קָטַל (hoc quidem semper in verbis tertiae radicalis Chet vel Ain) vocalem primam abiicere nequit, ob Dagesch forte mediam radicalem geminans.

C.

קָטַל

קטלת

קטל

קטלת

קטלת

קטלא

קטלו

קטלתו

קטלתו

קטלנא

Ortum hinc Ithpaal, אֶתְקַטַּל, אֶתְקַטַּל  
et אֶתְקַטַּל hunc typum sequitur :

אֶתְקַטַּלְתְּ

אֶתְקַטַּל

אֶתְקַטַּלְתְּ

אֶתְקַטַּלְתְּ

אֶתְקַטַּלְא

אֶתְקַטַּלוּ

אֶתְקַטַּלְתוּ

אֶתְקַטַּלְתוּ

אֶתְקַטַּלְנָא

In secunda persona pluralis numeri fas  
quoque est, Chirek sub media radicali  
ponere, ut, in Keri Dan. II, 9. הַזֵּדִמְנִתוּן.  
(De transpositione et mutatione Thau  
characteristici relege §. 7.)

*Aphel*, אֶקַּטַּל, vel hebraizante scri-  
ptione אֶקַּטַּל, sub media radicali Pa-  
tach quoque et Chirek admittit, אֶקַּטַּל,  
אֶקַּטַּל :



אָקטל : inque verbis tertiae radicalis ח  
vel ץ Patach poscit. Flectitur

אָקטל	אָקטל
אָקטלת	
אָקטלת	
אָקטלא	אָקטלו
אָקטלתו	אָקטלתו
אָקטלנא	

Hinc formatum Hophal Chaldaismi  
biblici flectitur,

הָקטל	הָקטל
הָקטלת	
הָקטלת	
הָקטלא	הָקטלו
הָקטלתו	הָקטלתו
הָקטלנא	

Itthaphal אָתקטל contractum ex  
אָתאקטל : est tamen, ubi et plenior  
formam invenies, quamquam, ut in  
conjugatione rarissima, rarissime : ex-  
emplo sit ex Thargum Pseudojonatha-  
nis Genes. III, 18. יתאמרש He pro

Aleph positum me legere, non memini. Flectitur

אתקטל אתקטל

אתקטלת

אתקטלת

אתקטלא

אתקטלו

אתקטלתו

אתקטלתו

אתקטלנא

Schaphel, שקטל et שקטל, ejus-  
que passivum אשקטל hunc typum  
sequuntur :

שקטלת

שקטל

שקטלת

שקטלת

שקטלא

שקטלו

שקטלתו

שקטלתו

שקטלנא

אשקטלת

אשקטל

אשקטלת

אשקטלת

אשקטלא

אשקטלו

אשקטלתו

אשקטלתו

אשקטלנא

§. X.

## §. X.

*De Infinitivis.*

Infinitivus Peal praeformativam literam Mem habet, מַקְשָׁל, plane ut apud Syros, sed quae (hoc Chaldaismo proprium) post praefixum ל excidit. (Vide praefixa. §. 26.)

Reliquarum conjugationum infinitivi unius formae sunt, nominis nempe feminini in ם desinentis. Vide paradigma. Est autem in rarioribus notandum, quod hic Chaldaismus a Syriaco occidentali, infinitivos a Mem incipiente, et in ך pro ךת posito finiente, (עֲלֵמֵךְ id est, מְתַקְשָׁל) non vocalibus solum, sed aliquando etiam literis differt. Ante suffixa tamen Chaldaeorum quoque infinitivi terminationem ךת adsciscunt, ut Dan. VI, 15. שְׁזַבְוּתָהּ  
21. להוֹרְעוּתָהּ. Ezr. V, 10. שְׁזַבְוּתָהּ.

§. XI.

De Imperativis.

Imperativum non activis solum conjugationibus sed et passivis Chaldaeorum dare solent grammatici, quos, licet jamjam exemplorum lecti a me imperativi passivi recordari nequeam, sequor tamen, quia apud Syros Occidentales passiva imperativum habent.

Imperativus Peal defective scribitur קטל, plane ut futurum. Media radicalis Kibbutz habet, sed pro quo non paucis in verbis, maxime in his, quarum tertia radicalis est Chet, Ain, et Resch, Parach vel Kamets ponitur: אמר, שלח, et Dan. IV, 15. אמר. Flectitur

Fem.

Masc.

קטלי

קטלי Sing.

קטלנא

קטלו Plur.

Ethpeel

אתקטלי

אתקטלי

אתקטלנא

אתקטלו

Paal,



Pael, sub media radicali Patach et Chirek admittens, (Dan. IV, II. קצצו ex-  
emplo esto) sic flectitur:

קטלי	קטל
קטלנא	קטלו

Ithpaal:

אתקטלי	אתקטל
אתקטלנא	אתקטלו

In Aphel triplicem vocalem praeterito-  
rum ad imperativos transferto, ac sci-  
to, in plurali masculinorum Chirek  
frequentius poni:

אקטלי	אקטל
אקטלנא	אקטלו

Hinc Itraphal, sed quod exemplorum  
defectu, ob raritatem conjugationis, ex  
analogia pono,

אתקטלי	אתקטל
אתקטלנא	אתקטלו

sequuntur Schaphel et Ifschthaphal:

שקטלי	שקטל
שקטלנא	שקטלו
	אשתקטלי



אִשְׁתִּקְטֹל      אִשְׁתִּקְטֹל  
אִשְׁתִּקְטֹלָנָא      אִשְׁתִּקְטֹלוּ

## §. XII.

*De Futuris.*

Futurum Peal אִקְטֹל, Kibbutz sub media radicali habet, et defective, id est sine Vau, scribitur: qua in re notari a peritioribus velim diversitatem Chaldaicae orthographiae a Syriaca occidentali. Nempe in hoc futuro, ubi media radicalis vocalem habet, matrem lectionis Vau

- 1) Syri occidentales ponunt, אִקְטֹל  
אִקְטֹלָ, אִקְטֹלָ, אִקְטֹלָ,
- 2) Chaldaei et Arabes non ponunt,  
אִקְטֹל, אִקְטֹל
- 3) Hebraei, inter utrosque hic medii, jam ponunt, frequentius etiam omittunt.

Est tamen, ubi et ex Hebraismi imitatione אִקְטֹלוּ scribitur, ut Levit. IV, 4.  
אִקְטֹלוּ. אִקְטֹלוּ. אִקְטֹלוּ. אִקְטֹלוּ.

Loco

Loco Kibbutz licet quoque sub media radicali Tferē et Patach ponere, nec tamen pro arbitrio, sed certo usu. Patach amant verba tertiae radicalis Cheth, Ain, et Resch, itemque neutra, semipassiva, et quae his accensentur in Oriente, verba adfectuum. Ne tamen quidquam dissimulem, non eadem hujus legis constantia in Chaldaicis, quae in Syriacis, Arabicis et Hebraicis: librarii enim, qui linguam non a matre sed a magistris didicerant, puncta adjecerunt, inque eo negotio saepe negligentiam cum linguae ignorantia conjunxerunt.

Tertia persona sing. numeri masculini generis, Iod praeformativum habet, יִקְטֹל, plane ut apud Hebraeos et Arabes: qua in re longissime a Syriacismo occidentali, ܝܩܬܘܠ habente, secedit Chaldaismus.

	אָקמל	
תְּקַמְלוּן		תְּקַמְלִי
תְּקַמְלִי		יְקַמְלִי
	נְקַמְלִי	
תְּקַמְלוּן		תְּקַמְלוּן
יְקַמְלוּן		יְקַמְלוּן

Ex. 11. 12 יִקְמַל

ubi pl: fut: quoque  
 sine [ ] ut apud  
 Hebraeos, aram.

Tertia persona feminini pluralis numeri, quod Jod praeformativum habet, iterum Arabismo conforme: Hebraeis enim per 'Thau, Syris Occidentalibus per Nun initiale scribitur.

Ad eundem typum reliquas quoque conjugationes flectes: ne quid autem desiderent tirones, habebunt paradigma. Compendii causa sufficiat semel monere, quod semper tenendum: in quarum conjugationum praeteritis Patach, Tere, et Chirek sub media radicali alternant, idem et in futuris usu venire, e. g. תִּשְׁתַּבֵּק.

	אֲתִקְמַל	
תְּתִקְמְלוּן		תְּתִקְמְלִי
תְּתִקְמְלִי		יְתִקְמְלִי
		נְתִקְמְלִי



נִתְקַטֵּל

תִּתְקַטֵּלְךָ

תִּתְקַטֵּלְךָ

יִתְקַטֵּלְךָ

יִתְקַטֵּלְךָ

In tertia radicali Bgadchphath hic quoque Dagesch lene poni non solet, licet praecesserit Schva quiescens; Exod. XXXIV, 16. יִתְעַבְרָן.

Pael flectitur:

אֶתְקַטֵּל

תֶּתְקַטֵּלְךָ

תֶּתְקַטֵּלְךָ

תֶּתְקַטֵּלְךָ

יֶתְקַטֵּלְךָ

נֶתְקַטֵּל

תִּתְקַטֵּלְךָ

תִּתְקַטֵּלְךָ

יִתְקַטֵּלְךָ

יִתְקַטֵּלְךָ

Ithpaal:

אֶתְתְּקַטֵּל

תִּתְתְּקַטֵּלְךָ

תִּתְתְּקַטֵּלְךָ

תִּתְתְּקַטֵּלְךָ

יִתְתְּקַטֵּלְךָ

נֶתְתְּקַטֵּל

תִּתְתְּקַטֵּלְךָ

תִּתְתְּקַטֵּלְךָ

יִתְתְּקַטֵּלְךָ

יִתְתְּקַטֵּלְךָ

Aphel

Aphel אַקטל, vel servato He characteristico אַהקטל, flectitur

אַקטל

תַּקטלִין

תַּקטל

תַּקטל

יַקטל

נַקטל

תַּקטלִין

תַּקטלִין

יַקטלִין

יַקטלִין

Itthaphal,

אַתַּקטל

תַּתַּקטלִין

תַּתַּקטל

תַּתַּקטל

יַתַּקטל

נַתַּקטל

תַּתַּקטלִין

תַּתַּקטלִין

יַתַּקטלִין

יַתַּקטלִין

Schaphel,

אַשַׁקטל

תַּשַׁקטלִין

תַּשַׁקטל

תַּשַׁקטל

יַשַׁקטל

נַשַׁקטל

תַּשַׁקטלִין

תַּשַׁקטלִין

יַשַׁקטלִין

יַשַׁקטלִין

Eschtha-

Eſchthaphal,

אֲשַׁתְּקַטֵּל

תִּשְׁתַּקְטֵלְוּ

תִּשְׁתַּקְטֵל

תִּשְׁתַּקְטֵל

יִשְׁתַּקְטֵל

נִשְׁתַּקְטֵל

תִּשְׁתַּקְטֵלוּ

תִּשְׁתַּקְטֵלוּ

יִשְׁתַּקְטֵלוּ

יִשְׁתַּקְטֵלוּ

## §. XIII.

*De Participiis.*

Paradigmata flexionis participiorum hic omiſſa, §. XXII. invenies.

Peal duo habet participia

1) Activum קָטַל, cujus Kamets eſt invariabile. (§. IV. n. 3.) Pro Tſere nonnunquam Chirek ſcriptum, ut יָבֵל Dan. III, 17. IV, 34.

2) Paſſivum Peil, קָטִיל, cum Chirek invariabili.

In Ichpeel pro מִתְקַטֵּל nonnunquam invenies, מִתְקִיל, ut Job. V, 3. מִתְנַצֵּיב.

Pael, Aphel, et Schaphel duplex participium habent

1) Acti-



cum Hebraizans servatur, ut מְהַחֲצִיפָה  
Dan. II, 15. מְהַשְׁנֵא II, 21.

§. XIV.

*Verba primae radicalis Aleph.*

Ad anomala venio. De verbis gutturalibus, itemque Resch habentibus, non opus est dicere, anomalias enim et paucas habent, ad omissionem Dagesch fortis, Schva compositum loco simplicis, et Parach loco aliarum vocalium ponendum redeunt, ex grammatica Hebraica satis notas. Verbi autem primae radicalis Aleph, quod praeter anomalias gutturalium alias quoque quiescentium literarum habet, paradigma omnino dandum: solas omittam conjugationes Schaphel et Ischthaphal, tum quod earum certa exempla in his verbis nondum collegi, (quae enim habeo, de illis forte alius aliter iudicet, putetque esse primae radicalis  $\psi$ ) tum brevitatis studio.

Itcha-

Itthaphal	Aphel	Ichpaal	Pael	Ithpeel	Peal
אִתְּחַבֵּל	חִבַּלְתִּי חִבַּלְתְּ חִבַּלְתֶּם	אִתְּחַבֵּל אִתְּחַבְּלִי	חִבַּלְתִּי חִבַּלְתְּ חִבַּלְתֶּם	אִתְּחַבֵּל אִתְּחַבְּלִי	חִבַּלְתִּי חִבַּלְתְּ חִבַּלְתֶּם
אִתְּחַבְּלָא	חִבְּלָא	אִתְּחַבְּלָא אִתְּחַבְּלִי	חִבְּלָא	אִתְּחַבְּלָא אִתְּחַבְּלִי	חִבְּלָא חִבְּלִי
אִתְּחַבֵּל	חִבַּלְתִּי חִבַּלְתְּ חִבַּלְתֶּם	אִתְּחַבֵּל אִתְּחַבְּלִי	חִבַּלְתִּי חִבַּלְתְּ חִבַּלְתֶּם	אִתְּחַבֵּל אִתְּחַבְּלִי	חִבַּלְתִּי חִבַּלְתְּ חִבַּלְתֶּם
אִתְּחַבֵּל	חִבַּלְתִּי חִבַּלְתְּ חִבַּלְתֶּם	אִתְּחַבֵּל אִתְּחַבְּלִי	חִבַּלְתִּי חִבַּלְתְּ חִבַּלְתֶּם	אִתְּחַבֵּל אִתְּחַבְּלִי	חִבַּלְתִּי חִבַּלְתְּ חִבַּלְתֶּם
מִתְּחַבֵּל	חִבַּלְתִּי חִבַּלְתְּ חִבַּלְתֶּם	מִתְּחַבֵּל מִתְּחַבְּלִי	חִבַּלְתִּי חִבַּלְתְּ חִבַּלְתֶּם	מִתְּחַבֵּל מִתְּחַבְּלִי	חִבַּלְתִּי חִבַּלְתְּ חִבַּלְתֶּם
	מִחִבְּלָא		מִחִבְּלָא מִחִבְּלִי	מִחִבְּלָא מִחִבְּלִי	מִחִבְּלָא מִחִבְּלִי

Prae-

Praeteritum Peal fleete

אָכַלְתָּ אָכַל

אָכַלְתָּ  
אָכַלְתָּ

אָכַלְתָּ

אָכַלְתָּ

אָכַלְתָּ

אָכַלְתָּ

אָכַלְתָּ

In conjugationibus Ichpeel et Ichpaal duplex forma usitata, quarum altera, Aleph abiciens et per Dagesch compensans in Thargumim saepe, in Chaldaismo biblico, si recte memini, nunquam occurrit.

In tota conjugatione Aphel, ejusque passivo, Aleph fit

1) plerumque Vau quiescens in Cholem.

2) nonnunquam Jod, sive quiescens sive diphthongescens, הִיָּתִי, הִיָּתִי Dan. III, 13. V, 2. 3. 13. 23. VII, 17. 25. Observant autem in hoc verbo הִיָּתִי, ubi passive accipitur, adductus est, cum Jod quiescente scribi, הִיָּתִי Dan.

הִיָּתִי

rae-

D

III,

III, 13. VI, 18. In Itthaphal inde fit  
יִתְיִתִי Levit. XIII, 2. XIV, 2.

Ex infinitivo Peal nonnunquam Aleph  
plane excidit, מִזָּה Dan. III, 9. *Ex. h. u.*

Imperativus Peal irregulariter, vel  
potius vitiose, אִוֵּל scribitur Ezr. V,  
15. errore, ut puto, punctatoris. Re-  
gulariter ibi habet codex Cassellanus  
אוֹל

In futuro Kal Aleph primae radica-  
lis post praeformativum Aleph semper  
transit in Jod, אִיכֹל: alia autem prae-  
formativa litera praecedente liberum est  
תִּיכֹל et תִּיאֹכֹל scribere.

In futuro et participiis Pael duplex,  
ut apud Syros flexio יִאֲכֹל et Aleph  
eliso יִכֹּל In prima persona sing. sem-  
per Aleph rad. excidit, nec unquam  
scribitur תִּיאֲכֹל, licet in paradigmate  
posuerim, ne altera futuri forma, in re-  
liquis personis usitata, desideraretur.

§. XV.



§. XV.

*Verbum primae radicalis Iod.*

Verborum primae radicalis Jod solae conjugationes Peal et Aphel notandae: reliquae enim aut regulares sunt, aut ex his pendent.

Peal in infinitivo et futuro triplicem formam habet

1) Jod in 'Tsere quiescentes, מִילָד, אִילָד.

2) Iod elisi et per Dagesch forte compensati מֵלָד, אֵלָד

3) Hujus Dagesch in Nun schvatum resoluti, מְנַלָּד, אֲנַלָּד: sic a verbo יָרַע reperies, אֲנָרַע vel secundum alios אֲנָרַע Dan. II, 9. חֲנָרַע II, 30. IV, 22. 23. 29. Ezr. IV, 15. יִנְרַעוֹן Dan. IV, 14.

In futuro etiam sciendum, haec verba, plane ut apud Hebraeos, Patach et 'Tsere sub media radicali amare: reperitur tamen יִנְלָ et יִנְלָ Dan. II, 10.

III, 29. itemque in Cthib תוכל et in Keri תכל Dan. V, 16.

Imperativus, abjecto Iod, habet, לר, דע etc.

In Aphel duplex forma usitata

1) Frequentior, Iod in Vau quiescens mutans, plane ut apud Hebraeos: praet. אולר, infin. אולרא, fut. אולר vel אהולר, part. מולר vel מהולר.

Hinc in Daniele formatur Hophal, posito Schurek pro Cholem, הוספת c. IV, 33. et in Thargumim Ithaphal, אהולר Lev. IV, 12. VI, 9. 30. VII, 19. X, 16. XIII, 52. יתוספין Zach. II, 11.

2) Servato Iod, et quiescente in Tse-re, היכל Ezr. V, 14. תיטיב Psalm. XXXIX, 19.

Quam alii addunt formam אולר, citantes אקף Iud. XI, 18. certiore exemplo opus habet: potest enim אקף ad radicem נקף referri.

Schafel horum verborum paucis exemplis cognitum: שיצי, vel, ut Thar-

15.

§. 16. *Verba med. rad. Vau vel Iod.* 53

Thargumistae punctarunt, שיצי, *exitium attulit*, a יצי, Iod quiescens habet: in aliis forte Vau quiescens.

§. XVI.

*De Verbis mediae rad. Vau vel Iod quiescentis.*

Verba Vau et Iod mediae radicalis typo flexionis conveniunt, licet radice sint diversa; nec enim illis accedere grammaticis velim, qui verba mediae radicalis Iod omnino tollunt, licet fatear, rariora esse apud Chaldaeos.

Flectuntur ergo in praeterito Peal, (tonum addita post vocalem linea notabo).

קמת	קם
קמת	
קמת	
קמא	קמו
קמתן	קמתון
קמנא	
D 3	Tertia

Tertia persona sing. fem. קָמַרַת tonum in ultima syllaba habere creditur a grammaticis, idque est Syriasmo occidentali analogum: cum tono tamen in penultima legitur Dan. IV, 30. סָפַרַת. Sed sunt puncta in Chaldaicis fere ad libitum posita, atque hoc ipso in loco fluctuantia, Cassellanus enim habet סָפַרַת: quapropter grammaticos analogiamque Syriacae linguae secutus sum.

In prima persona singularis tono etiam retracto inuenies, שָׁמַרַת, Ezr. VI, 12. שָׁפַת Deut. IX, 21. inque Aphel Dan. III, 14. הִקְיַמַת, vel defective הִקְיַמַת.

Infinitivus Peal מְקַם vel מְקָם scribitur. Exempla inuenies Jos. IV, 9. Jerem. XVIII, 20. Posterior punctatio Syriasmo analogam.

Imperativus, קִים, futurum יִקְיַם habet, facili reliqua flexione, nec paradigmatis novi indigente. Inuenies tamen et, תִּנְר, defective scriptum, Dan. IV.

IV, 11. et יִהְיֶה atque יִהְיֶה Ezr. V, 5.  
VI, 5. VII, 13.

Praeteritum, imperativum et futurum, invenies quoque per Chirek et Jod scripta, מִירָ, סִיב, שִׁימו Ezr. IV, 21. Haec ad mediam radicalem Jod referes, intercedentibus tamen grammaticis aliis.

In participio Peal, si nulla accedat terminatio, Vau mutatur in Aleph mobile, קָאם : accedente terminatione, ut, feminini, status, constructi, pluralis numeri, suffixi, hoc Aleph plerumque transit in Jod, קִימִין, nonnunquam tamen et manet. Vide Keri et Cthib Dan. II, 38. III, 31. IV, 32. VI, 26.

Participium Peil contrahitur in קִים. Ortum inde praeteritum passivum Dan. VI, 18. scribitur per Kibbuts, שָׁמַר : vereor, ut recte, analogia enim posceret, שָׁמַר.

In tota conjugatione Ithpeel Vau elisum compensatur in Thau praefor-  
mativo per Dagesch forte:

אִתְּקַם	—	Praet.
אִתְּקַמָּה	—	Infinit.
אִתְּקַם	—	Imperat.
אִתְּקַם	—	Futurum
מִתְּקַם	—	Particip.

Hic quoque suspecta puncta esse pos-  
sent, nisi illis opem ferret Syriasmus  
occidentalis, bis etiam posita litera  
Thau scribens  $\text{תִּתְּקַם}$  etc. Thau dagef-  
satum regulae 1 paragraphi VII. non  
subjectum est, id est, non transponi-  
tur cum prima radicali sibilante. Vide  
Ezr. IV, 21.  $\text{תִּתְּשֶׂם}$  Dan. II, 6.  $\text{תִּתְּשֶׂם}$   
Ezr. V, 8.  $\text{מִתְּשֶׂם}$

Habet praeterea haec conjugatio  
aliam formam, propius ad Syriasmum  
accedentem,  $\text{אִתְּקִים}$ , in omnibus tem-  
poribus modisque usitatam, ut  $\text{תִּתְּקִים}$   
Dan. IV, 9.  $\text{תִּתְּקִיל}$  Jer. XXXIII, 22.

Hue

Vau for. Huc et referendam אֲתָבֵן Job. XXVIII, 23. quod vitiose punctatum אֲתָבֵן alii in exceptionibus singularibus numerant.

In Pael et Itthaphal nihil anomaliae, nisi quod media radicalis solet in Jod mobile mutari, אֲתָבֵן, אֲתָבֵן. Notum id ex Hebraismo. Forma Poël מְרוּמֵם et הִתְרוּמְמָה Dan. IV, 34. V, 23. Hebraizat, estque in Chaldaicis rarior.

Aphel habet in

אָבֵן	—	Praeterito
אָבֵן	—	Infinitivo
אָבֵן	—	Imperativo
אָבֵן	—	Futuro
מָבֵן	—	Participio 1.
מָבֵן	—	Participio 2.

Non repetam, pro Chirek quoque Tšere poni posse: sed haec modo monebo:

1) Licet etiam praeformativis futuri et participii Kamets subijcere, ut Dan. II, 44. מָרִים V, 19. חֲסָרִי

D 5

2) For-



2) Formam integram futuri, quae He characteristicum servat, licet utroque modo punctare, אָהָקִים et אֶהָקִים Dan. II, 21. V, 21. Ezer. VI, 5.

3) Ab Aphel oritur Hophal הִקִּימָה Dan. VII, 4. 5. fluctuante punctatione inter הִקִּימָה, הִקִּימָה, Cassellanique codicis lectionem הִקִּימָה. Prima analogiae optime conveniens.

*Job. XI. 2. etiam  
in Hophal ca. 21.  
וְהִקִּימָה*

4) מְעִיק *ardatus* 1 Sam. XXII, 2. non est, ut punctator voluit, participium Aphel, sed passivum Pael, punctisque his instrui debuisset, מְעִיק. Hanc observationem, in uno exemplo positam, ad plura similia transferes.

*וְהִקִּימָה, quod alius mediam rediorem mollem habet, cum non v  
quod post praeformationem ubi 1743. §. XVII. sed schoa habere debet  
o. g. Pael. ful. וְהִקִּימָה Dan. V. 14. exempl. in v. 14. et in v. 14. et in v. 14.  
p. 743.*

*De verbis tertiae radicalis Aleph  
et He quiescentis.*

Verba Hebraeorum tertiae radicalis Aleph et He quiescentis nullo indicio distinguunt Chaldaei: universa per Aleph scri-



scribunt, cujus loco in Daniele quidem et Ezra non raro He ponitur, sed promiscue, nullaque certa orthographiae lege. Scriptio per Aleph est genuina Aramaea, apud Syros quoque Occidentales sola usu recepta.

In praeterito Peal duplex flexio.

מָלַרַת

מָלְאָ

מְלִיחַת

מְלִיחַת

מְלִיאָא

מְלוּ

מְלִיחַת

מְלִיחַת

מְלִיחַת

~~מְלִיחַת~~

Tertia persona sing. fem. מָלַרַת, scribi quoque potest

1) plene, servato Aleph, מְלִיאָא Dan. II, 35.

2) per Patach, מְלִיחַת Dan. II, 35. מְלוּ Dan. IV, 19. 21. quin et aliqui codices, quos inter Cassellanus, pleniorum quoque formam per Patach scribunt, מְלִיאָא Dan. II, 35.

Quod

Quod in secunda persona Thau sine Dagesch habeo, secus quam alii grammatici, in eo sequutus sum auctoritatem exemplorum Dan. II, 31. 34. 41. 43. IV, 17. analogiamque regulae §. V. 1. a. Anomalice Jod quoque Schva destitui videbis Dan. IV, 19. רְבִירָה, sed cum varietate lectionis.

Jod quiescens primae personae moveri incipit accedente suffixo, Dan. IV, 27. בְּנִיתָה *aedificavi illam.*

Typus alter, quem reliquae conjugationes omnes sequuntur, hic est,

מְלִירָה

מְלִי

מְלִירָה

מְלִירָה

מְלִירָה

מְלִירָה

vel מְלִירָה

v. 27. 121.

מְלִירָה

מְלִירָה

מְלִירָה

Ad hunc typum flectes, cum nonnulla verba Peal, atque omnia Peil, tum praeterita reliquarum conjugationum omnia,

§. 17. Verba tert. rad. Aleph qu.

61

x gullum. chan  
 26 dicere, ubi  
 des. Nr. 18 97.

omnia, אָמַלְי, אָתְמַלְי, מְלִי, אָתְמַלְי, אָמַלְי, אָתְמַלְי, אָשְׁתְמַלְי, שְׁמַלְי, אָתְמַלְי.

Quod tertiam fem. sing. מְלִיָּדָה cum Jod Dageffato scripsi, ac plur. מְלִיָּאוֹת cum Aleph duplici, feci equidem exemplorum auctoritate: nec tamen reprehendo Grammaticos, qui aliter habent. Colligam, forte in posterum utriusque scriptionis exempla. In eadem tertia persona invenies quoque, in singulari הִתְיָדָה, et in plurali הִתְיָדוּ Dan. III, 13. VI, 18.

Infinitivi sunt, in Peal, מְמַלְא. Invenies tamen et mutato Aleph in Jod, מְחַטִּי Hof. I, 2. et, ac si esset in statu emphatico, מְבַנְיָה Ezr. V, 9. Ante suffixa regulariter Aleph in Jod transit: Dan. III, 19. מְוִיָּה.

in Ithpeel, אָתְמַלְאָא Pael, מְלִאָא etc.

Imperativi sunt, Peal מְלִי vel מְלִי, Ithpeel אָתְמַלְי, Pael מְלִי, Ithpaal אָתְמַלְי, Aphel אָמַלְי flectunturque, מְלִי

מְלִי	מְלִי
מְלִנָּה	מְלוּ
vel מְלִן	

Sciendum autem, Kamets in מְלִי non licentia punctatorum poni, sed ex regula, atque Syriasmis occidentalis analogia.

Futura omnia, in י. ה. א. aut י. definentia sic flectes,

תְּמִלִין	תְּמִלָּה
תְּמִלָּה	תְּמִלָּה
	תְּמִלָּה
תְּמִלִין	תְּמִלִין
יְמִלִין	יְמִלִין

reperies tamen et יְהִעָדוּן Dan. VII, 26. וְיִשְׁתַּנּוּ V, 10.

Participiorum, activi Peal מְלִא, Peil מְלִא et מְלִי, Ithpeel מְחַמְלִי, Pael activi מְמִלָּה et מְמִלִי (Dan. V, 12.) passivi מְמִלָּה, Ithpaal מְחַמְלִי, Aphel activi מְמִלִי et מְמִלָּה, passivi מְמִלִי, etc. flexionem ex §. 22. disces.

§. XVIII.

§. XVIII.

*De verbis defectivis et geminatis.*

Verba primae radicalis Nun eandem habent anomalam, quam apud Hebraeos, Nun schvatum in medio vocis elidentia, et per Dagesch compenfantia: quae cum ex grammatica Hebraica fatis nota fit, non opus duco, paradigma adscribere. Id unum sciendum, frequentius apud Chaldaeos Nun schvatum retineri, verbumque ad paradigma regulare flecti. Vide Dan. II, 16. Ezr. IV, 13. VII, 20. In אָחַר Ezr. V, 15. Schva ante literam Dagesfandam positum consuetis regulis repugnat: magis analogice habet Cassellanus אָחַר.

De verbis mediae radicalis geminatae tenendum, Chaldaeos mediam literam elisam, modo id fieri possit, in prima radicali compensare, (אָרַק, pro אָרַקָּ) fieri autem ubi id nequit; tertiae radicali Dagesch compensativum  
impri-

imprimere: porro, Dagesch forte primae radicalis nonnunquam in Nunschyvatum resolvere. Vide §. V. 2. c. a. pag. 15. 16. הַנֵּעַל Dan. II, 25. VI, 19. הַנֵּעִלָה IV, 3.

Praeteritum Peal flecte:

קָלַת	קָל
קָלְתָּ	קָלְתָּ
קָלְתָּ	קָלְתָּ
קָלְתָּ	קָלְתָּ
קָלְתָּ	קָלְתָּ
קָלְתָּ	קָלְתָּ
קָלְתָּ	קָלְתָּ

Quod Dan. II, 35. invenies דַּקָּו, forte ad lapsus punctatoris referendum; in Cassellano certe codice per Patach et Dagesch forte scribitur. עִלְלָת Dan. V, 10. duplex est et diversa lectio a librario et punctatore in unam conscripta: nempe alii codices habebant ad formam paradigmatis perfecti, עִלְלָת, quod עִלְלָת adpellari debuisset; alii עִלְלָת: illam lectionem sequuti sunt, qui consonantes, hanc qui puncta descripserunt.

pferunt. Est ergo aliquod tanquam Keri et Cthib.

Infinitivus est, מקל, si prima radicalis gutturalis sit ad regulam gutturalium mutandus, ut מהון, מעל: imperativus קול vel קל, sic flectendus,

קלי	קל
קלנא	קלי

Futurum,

אקל

etc. תקלין תקל

Participium activum sive perfecte formari potest, קלל, Levitici XVI, 2. 3. sive contracte, קל. In Daniele illam formam literae, hanc puncta sequuntur, עללין c. IV, 4. עללין c. V, 8.

Tota conjugatio Ichpeel duplicem flexionem habet, integram, אתקלל, et contractam, media radicali in Thau characteristico compensata, אתקל. Ad hanc referes אתעל et יתעל Levit. X, 19. XI, 32. si puncta sequaris, potest enim et demtis punctis esse Itthaphal.

E

Pael

11.37 formis  
semel occurrunt

Pael et Ithpaal omni anomalia vacant: קלקל enim non ad illas, sed ad quadrilatera referendum.

Aphel אקל, Ithaphal אתקל, Schaphel שקל, pro quibus et forma integra invenies הטיל Dan. IV, 9. et in Thargumim שחרר *manumissit*, אשתחרר *manumissus est*, paradi-gmate opus non habent. העלה Dan. V, 7. Segol habet ob sequentem gutturalem Kamecfatam: העל et העלו Dan. V, 13. 15. ad Hophal pertinet. Schaphel in forma contracta simulat verbum primae radicalis Schin, unde factum, ut per errorem sed usu confirmatum, nova verba primae radicalis Schin confingerentur. A חם *incaluit*, Aphel שחם est, *were, denigrare*; sed inde in Peal exstitit שחם *nigrescere*, cum suis derivatis.

DE



DE NOMINIBVS.

§. XIX.

Genus nominum.

Genus nominum duplex, masculinum et femininum, significatione noscitur, et terminatione: illa, ut apud Hebraeos, hac, ut *feminina sint in A, I et U terminata, reliqua omnia, masculina.* Quod ut paulo dicam distinctius, primo sciendum, terminationem non dici literas omnes vel syllabas, in quas nomen desinit, sed solas serviles. Jam sunt feminina, quae in statu absoluto singularis numeri terminantur,

- 1) in אָ, seu ejus loco ex imitatione Hebraismi in הָ, ut חֵכְמָא *sapientia.*
- 2) in וּ et י, ut מְלִכָּה, נְגִלָּה, nempe haec sunt apocapata pro מְלִכּוֹת et נְגִלוֹת, Thau etiam, quod apud Hebraeos nota feminini est, in statu constructo redituro.

*Ad significacionem quod abinet, a membrorum e gominorum, quidem, ut orientalibus, Chaldaeis feminina tamen haec eadem, et quae Syri et Hebraei, obsequio in est aliquo ab terminato masculina dico frequens et Bethib ac ad aliam Beth postincedens et San: II. 23. 117 vel eadem non sunt molent*

E 2

Scio

*pan. fac: constructus ut Gen: II. 4. 5.*

Scio, quod huic regulae addi possit, רבו myrias, כַּנְרָה, collega: sed prudens omitto. Alterius enim formae feminae punctum Cholem incertum: alterius ן Syriacis potius quam Chaldaicis exemplis firmatur: fac autem utrumque recte se habere, formae sunt rariores, quibus nolim memoriam discen-  
 tium onerare, terminationibus, A, I, U, quarum oblivisci vix volens poteris, contentus.

## §. XX.

*Numerus nominum statusque triplex. Status emphaticus copiosius explicatur.*

Numerum Chaldaei habent, ut Hebraei, singularem, dualem, et pluralem, legibus iisdem ponendum. De terminatione infra videbimus.

Statui absoluto et constructo, (id est, regenti genitivum,) tertium addunt, *emphaticus*.

*phaticum*, in quo declarando exemplis mihi linguae Germanicae utendum est, cum latina lingua, ipsa articulo carens, minus sit explicandae status emphatici naturae commoda.

Norunt mei cives omnes, articulum nos habere, *der, die, das*, quem nomini definite posito, nec tamen proprio, praemittimus, aliudque esse, *König, ein König, der König*. Exempla habe:

*Georg der dritte ward im Jahre 1760. König*: indefinite, et universaliter.

*Im Jahr 1772. wird ein König sterben*: indefinite, ita vt hujus vaticinii eventum praestare omnino ausim, certus, aliquem eo anno regem Europae, Asiae, Africae, Americae aut terrarum incognitarum moriturum.

*Jeder Unterthan würde sich freuen, wenn der König nach Deutschland käme*: definite. Quilibet intelligit, de nostro rege sermonem esse.

Der König von Preußen, Friderich der zweyte hat viel Kriege geführet: definite.

und so stellet der König durch die zwey Schlachten bey Rosbach und Lissa alles wieder her: definite, in praecedentibus oportet de aliquo individuo rege sermonem, ejusque nomen expressum fuisse.

König hat gestohlen. Nomen proprium, articuli non egens: nec verrenda verba, *rex furatus est*, sed *Koenigius furatus est*.

Hunc articulum nos quidem Germani habemus, dedimusque, tanquam in sitione in linguam latinam facta, victae a majoribus nostris Italiae, Galliae, Hispaniae, Lusitaniae: habent eum Graeci, in  $\delta$ ,  $\eta$ ,  $\tau\delta$ , Arabes in  $\text{ك}$  (*Al*) Hebraei in He suo demonstrativo. Ignorant contra, ut dixi, Latini.

Jam Aramaei utrique, non quidem articulum, quem nomini praeponant, rem

rem tamen ejusque signum habent, terminatione nomina definite et individue sumenda distinguentes, plane ut Sveci, Norvegi et Dani, *Konung*, indefinite, *Konungen* definite. Haec terminatio apud Chaldaeos est, A, e. g. מֶלֶךְ ein König, מַלְכָּא Der König. Hunc ergo statum nominis, *emphaticum* dicunt grammatici, id est, *demonstrativum*: nec enim existimandum, statum emphaticum inde dici, quod insolentiosem emphasin nomen cum eo positum adipiscatur, fortiusque quid et sonantius dicat, sed *emphasis* hic idem est ac, *demonstratio rei individuae*, ab ἐμφάσις, *monstro*. Nimium tamen emphasiologiae studium, initio hujus seculi fervens, in errorem nonnullos hic abripuit grammaticos, a quo sibi caveant, Chaldaica discantes.

Est et hoc sciendum, adcuratorem esse Chaldaicam linguam in usu status emphatici, occidentali Syriaca, quae

illo non raro abutitur, statumque emphaticum pro absoluto ponit.

## §. XXI.

*Paradigma numerorum ac statuum trium nominis.*

Paradigma singularis et pluralis numeri masculinorum facillimum, id est, nullis vocalium permutationibus obnoxium, primum propono, אַתְּ, *signum*.

Emph.	Constr.	Abf.	
אַתָּה	אַתָּ	אַתְּ	Singul.
אַתֶּם	אַתִּי	אַתֶּן	Plural.

Sic flecte יְמִי *canticum*, עֲנַן *nubes*, אֱלֹהִים *Deus*, aliaque monosyllabica Kamets habentia.

In statu emphatico pluralis numeri, qui adjecta terminatione ם a statu constructo Syrorum occidentalium אַתִּי formatur, nonnunquam ultimae syllabae ם" ita contrahuntur, ut constructo fiat similis: יְמִי pro יְמִיָּה Genes. I, 10.

I, 10. כְּשֵׁרָאֵי Exod. XXXIV, 33. כְּשֵׁרָאֵי  
 in Keri, et כְּשֵׁרָאֵי (quod כְּשֵׁרָאֵי pro  
 כְּשֵׁרָאֵי legendum opinor) in Cthib,  
 Dan. II, 5. תְּפִתָּיָא aliquando cum Keri  
 תְּפִתָּיָא Dan. III, 2.

עֲרֵב י. מ. מ. מ.  
 Kicon: y statum  
 constructum esse  
 potest.

Pro Aleph status emphatici posse et  
 He poni, jam supra §. 2. monui: id  
 vero paulo frequentius, si aliud Aleph  
 immediate praeceffit, ut in כְּשֵׁרָאֵי,  
 נְבִיאָה etc.

Femininorum paradigma est:

Emph.	Constr.	Abf.	
הַכְּמָתָא	הַכְּמָרָה	הַכְּמָא	Sing.
הַכְּמָתָא	הַכְּמָרָה	הַכְּמָן	Plur.

Statu absoluto pluralis ideo prae reliquis  
 notando, quod maxime ab Hebraico pa-  
 radigmate differt: singulari autem et plu-  
 rali status constructi et emphatici non li-  
 teris discernendo, sed aut ex vocalibus aut  
 ex serie orationis agnoscendo. Sic fle-  
 ste pleraque, מַלְכָּא *regina*, בְּתוּלָא *vir-*  
*go*, מְרִינָא *provincia*, שְׁעָא *hora*, vo-  
 cales nec abjicientia nec mutantia.

Dualis in קָרְנִים definit, tono in Patach ponendo, ut a קָרְנִים vel קָרְנִים, *cornu*,

קָרְנֵי קָרְנֵי קָרְנֵי  
 aut, ut et exemplum ponam nominis  
 feminine terminati, a מָאָה, *centum*,

מָאָתַי מָאָתַי מָאָתַי  
 Potest tamen et terminatio, קָרְנֵי, in קָרְנֵי et  
 קָרְנֵי contrahi, ut מָאָתַי *ducenti*, קָרְנֵי *duo*.

## §. XXII.

*Paradigmata alia variarum  
formarum.*

Jam subjungo paradigmata aliarum formarum, in quibus aut mutari vocales solent, aut alia de causa haerere possent tirones.

## Masculina.

עֲלָמָא עֲלָם עֲלָם *seculum*.  
 עֲלָמַי עֲלָמֵי עֲלָמוֹן

Kamets est invariabile, quia ex Cholem Hebraico ortum. Sunt tamen, qui in statu constructo עֲלָם ponunt, non gram-



grammatici solum, sed et codices: verum altera scriptio ex suffragio Syriasmimi Occidentalis praeferenda:

כְּרוּזָא	כְּרוּז	כְּרוּז	<i>praeco</i>
כְּרוּזָיָא	כְּרוּזַי	כְּרוּזַיִן	
מְלָכָא	מְלָה	מְלָה	<i>consilium</i>
מְלָכָיָא	מְלָכַי	מְלָכַיִן	
מְלָכָא	מְלָה	מְלָה	<i>rex</i>
מְלָכָיָא	מְלָכַי	מְלָכַיִן	

Pro מְלָה in Daniele saepe per Hebraisimum scribitur, מְלָה, eadem in reliquis flexione. Qui autem grammatici מְלָה habent, aut in plurali Dagesch lene imprimunt tertiae radicali, in utroque erroris convincuntur, in illo, (quod sine exemplis fingunt,) a Syriasmio occidentali, in hoc, exemplis biblicis.

Ad haec duo paradigmata, exigua mutatione, quam litera gutturalis infert, flectes,

דָּחַב

רֶהַב	רֶהַב	רֶהַב	<i>aurum</i>
רֶהַבִּיא	רֶהַבִּי	רֶהַבִּין	
טַעֲמָא	טַעֲמַם	טַעֲמַם	<i>sapientia</i>
טַעֲמִיא	טַעֲמִי	טַעֲמִין	

Quin' et Segolata Hebraizantia

חֶלְמָא	חֶלֶם	חֶלֶם	<i>somnium</i>
חֶלְמִיא	חֶלְמִי	חֶלְמִין	

Aliter paulo *גבר* et *בתל*

<i>דף II. ע. א. ב.</i>	<i>גברא</i>	<i>גבר</i>	<i>גבר</i>	<i>vir</i>
<i>א. ג. ט. ז.</i>	<i>גבריא</i>	<i>גברי</i>	<i>גברין</i>	

*אלטא*

atque cum Dagefch in tertia radicali

<i>ענף</i>	<i>ענף</i>	<i>ענף</i>	<i>folium</i>
<i>ענפא</i>	<i>ענפי</i>	<i>ענפין</i>	
<i>זנא</i>	<i>זן</i>	<i>זן</i>	<i>species</i>
<i>זניא</i>	<i>זני</i>	<i>זנין</i>	
<i>גפא</i>	<i>גף</i>	<i>גף</i>	<i>ala</i>
<i>גפא</i>	<i>גפי</i>	<i>גפין</i>	
<i>מדבחא</i>	<i>מדבח</i>	<i>מדבח</i>	<i>altare</i>
<i>מדבחיא</i>	<i>מדבחי</i>	<i>מדבחין</i>	

*גב*

גבא	גב	גב	<i>fovea</i>
גבאי	גבי	גבין	
חרטמא	חרטם	חרטם	<i>philoso-</i>
חרטמיא	חרטמי	חרטמין	<i>phus</i>
כלא	כל	כל	<i>universitas</i>

Hujus nominis status emphaticus tonum habere solet in penultima. Vide Dan. II, 40.

קדמא	קדמי	קדמי	<i>Primus</i>	<i>thure</i>
קדמיא	קדמי	קדמין		<i>et hanc</i>

Ad hunc typum, de cuius statu emphatico jam supra dixi, gentilitia, ut *Aegyptius*, מצרי *Chaldaeus*, כשורי *Levita*, לוי, *Levita*, flectuntur. Quod in statu absoluto sing. haec nomina per Kamets ante Jod scribuntur, non fit auctoritate loci Dan. II, 10. ob pausam dubii, sed ex analogia Syriasmī, Zekofo habentis.

נביאה	נביא	נביא	<i>propheta</i>
נביאיא	נביאי	נביאין	

Ne

Ne Dagesch in Jod meo ausu posuisse videar, confer Ezr. V, 1. 2. VI, 14.

נְקִיָּא נְקִיא נְקִיא *purus*

נְקִיָּא נְקִי נְקִיו

Ad hunc typum etiam participia verborum tertiae radicalis Aleph flectuntur. In plurali absoluto tonus retrahitur, ut dualem simulent: quin et potest נְקִיו in נְקִין contrahi. *# 4: III. 1. W. 2. 4.*

Aliter אֲרִיא, בְּרִיסָא et similia, pluralem a femininis in U terminatis mutuum sumentia:

אֲרִיא אֲרִיא אֲרִיא *leo*  
אֲרִיּוֹתָא אֲרִיּוֹתָא אֲרִיּוֹן

Status emphaticus singularis, quem ex Thargumim sumsi, (1 Reg. XIII, 24.) contractus ex אֲרִיּוֹתָא, ut a בְּרִיסָא, *solum*, dicitur, בְּרִיסָא.

In his omnibus, quae hactenus habuimus, masculinis, status constructus singularis numeri plane similis absoluto, quod

quod memoriae subsidium notari potest :  
in una modo forma differt,

חִילָא	חִיל	חִיל <i>exercitus</i>
חִילָיָא	חִילֵי	חִילוֹן

quod nomen pluralem quoque adsciscit  
femininum

חִילוֹתָא	חִילוֹת	חִילוֹן
-----------	---------	---------

in Thargum obvium, nisi quod in il-  
lis, contra analogiam Syriasmī Jod  
quiescit, חִילוֹן.

Sic et

עֵינָא	עֵין	עֵין <i>oculus</i>
עֵינָיָא	עֵינֵי	עֵינִין

Feminina.

מְרִינָתָא	מְרִינַת	מְרִינָא <i>provincia</i>
מְרִינָתָא	מְרִינַת	מְרִינִן

Sic et גְּבוּרָא, בְּתוּלָא etc. nulla adhuc  
dum vocalium mutatione.

יְבֻשְׁתָּא	יְבֻשַׁת	יְבֻשָׁא <i>terra</i>
יְבֻשְׁתָּא	יְבֻשַׁת	יְבֻשָׁן
		מְתָנָא

מתנתא	מתנת	מתנא	<i>donum</i>
מתנתא	מתנת	מתנן	

Sic et reliqua flectes nomina, in quibus concursus duorum Schvaim mobilium vocalem adsumi jubet, Patach, Segol, aut Chirek, ut יקרֶתא *ardens*, a יקרא *Dan. III, 6.*

*Not. d.*  
 חֶזֶה  
 חֶזֶה  
 חֶזֶה  
 חֶזֶה

קרמיתא	קרמאת	קרמאה	<i>primus</i>
קרמיתא	קרמאת	קרמאן	

Statum emphaticum, quem alii habent in singulari קרמיתא et in plurali קרמאתא, sumsi ex *Dan. VII, 4. 8. 23.* Flecti utroque modo potest.

נוליתא	נולירז	נולי	<i>sacratum</i>
נוליתא	נולירז	נולין	

מלכותא	מלכות	מלכו	<i>regnum</i>
מלכותא	מלכות	מלכון	

*Participia.*

Addo jam aliqua flexionis participiorum utriusque generis paradigmata, non

non quasi necessaria putem esse, sed  
quod forte grata erunt tironibus.

Activum Peal.

קטלא	קטל	קטל	masc.
קטליא	קטלי	קטליון	
קטלתא	קטלת	קטלא	fem.
קטלתא	קטלת	קטלון	
מליא	מלא	מלא	masc.
מליא	מלי	מליון	
מליתא	מלית	מליא	fem.
מליתא	מלית	מלון	

Peil.

קטילא	קטיל	קטיל	masc.
קטיליא	קטילי	קטיליון	
קטילתא	קטילת	קטילא	fem.
קטילתא	קטילת	קטילון	
מליא	מלא	מלא	masc.
מליא	מלי	מליון	
מליתא	מלית	מליא	fem.
מליתא	מלית	מלון	

F

Ithpeel.

## Ithpeel.

מִתְקַטֵּל	מִתְקַטֵּל	מִתְקַטֵּל	masc.
מִתְקַטְּלִיא	מִתְקַטְּלִי	מִתְקַטְּלִין	
מִתְקַטְּלֶתָא	מִתְקַטְּלֶת	מִתְקַטְּלֶתָא	fem.
מִתְקַטְּלֶתָא	מִתְקַטְּלֶת	מִתְקַטְּלִין	

## Pael, act. et pass.

מִקְטֵלָא	{	מִקְטֵל	מִקְטֵל	masc.
		מִקְטֵל	מִקְטֵל	
מִקְטֵלִיא		מִקְטֵלִי	מִקְטֵלִין	
מִקְטֵלֶתָא		מִקְטֵלֶת	מִקְטֵלֶתָא	fem.
מִקְטֵלֶתָא		מִקְטֵלֶת	מִקְטֵלִין	
מִמְלֵא	{	מִמְלֵא	מִמְלֵא	masc.
		מִמְלֵי	מִמְלֵי	
מִמְלֵיא		מִמְלֵי	מִמְלֵין	
מִמְלֵיָתָא		מִמְלֵיָת	מִמְלֵיָתָא	fem.
מִמְלֵיָתָא		מִמְלֵיָת	מִמְלֵין	

Haec sufficient, ad quae reliqua quoque participia flectere, facile.

Sunt et aliqua flexione

Ano.



Anomala,

illa maxime, quae pluralem ab alio nomine aut forma nominis mutuuntur. Exempla eorum ponam, non omnia colligam, quod infinitum foret, cum in Thargumim multa sibi aut ipsi auctores aut eorum librarii permiserint, Syris non licita, ac forte indigenis Chaldaeis aequae illicita.

אָבא	אָב	אָב	<i>pater</i>
אָבְהָתָא	אָבְהָתָא	אָבְהוֹן	

אָמָא	אָם	אָם	<i>mater</i>
אָמְהָתָא	אָמְהָתָא	אָמְהוֹן	

בְּרָא	בְּר	בְּר	<i>filius</i>
בְּנֵיָא	בְּנֵי	בְּנֵין	

בְּתָא	בְּת	בְּת	<i>filia</i>
בְּתֵיָא	בְּתֵי	בְּתֵין	

בֵּיתָא	בֵּית } vel בֵּי }	בֵּית	<i>domus</i>
בֵּיתֵיָא	בֵּיתֵי	בֵּיתֵין	

שְׁמָא	שֵׁם	שֵׁם	nomen
שְׁמֹהֲתָא	שְׁמֹהֲרָת	שְׁמֹהֲזָן	
שְׁתָּא	שְׁנָת	שְׁנָא	annus
שְׁנַיָּא	שְׁנַי	שְׁנַיִן	

## §. XXIII.

*Nomina numeralia et mensum.*

Numeralia habent Chaldaei

Ordinalia

Cardinalia

	Fem.	Masc.	
קְרָמִי	קְרָא	קָר	1
תְּנִין	תְּתִין	תְּרִין	2
תְּלִיתִי	תְּלַת	תְּלָתָא	3
רְבִיעִי	אַרְבַּע	אַרְבַּעָא	4
חֲמִישִׁי	חֲמִשׁ	חֲמִשָּׁא	5
שְׁתִּי	שֵׁשׁ	שֵׁשָּׁא	6
שְׁבִיעִי	שִׁבְעָא	שִׁבְעָא	7
תְּמִינִי	תְּמִנִי	{ תְּמִנָּא	8
		{ תְּמִנָּא	
תְּשִׁיעִי	תְּשַׁע	תְּשַׁעָא	9
עֶסְרִי	עֶסֶר	עֶסְרָא	10

Ex

Ex his cardinalia a 3. usque 10. substantiva sunt, unde fit, ut possint, vel potius soleant, sub forma feminina masculinis, sub masculina femininis praepo-  
ni, non sane insolentiore constructione, quam est haec Latina: *hebdomas annorum*.  
Ab ordinalibus formari possunt adverbia numeralia adjecta terminatione וַיַּרְתָּ, ut Dan. II, 7. תַּבְּינִיּוֹתָ, *secundum, denuo*.

Ab 11. ad 19. numeri componuntur ex praecedentibus, qua de compositione adscribo verba Buxtorffii \*) *notanda est compositio עָסַר עִם* cum alio numero, qua litera ע absorbetur, et apud paraphrastas Hierosolymitanos, et Talmudicos usitata. Dicitur autem promiscue עָסַר et עָסְרִי. Si antecedens vox desinat in ע, tum et illud eliditur, ut in אַרְבַּע et הַשֶּׁעַ. Ponuntur autem numeralia cardinalia decade majore etiam pro ordinalibus, ut Ex. XII, 18. בְּאַרְבָּעָא עָסְרָא יוֹמָא *decimo quarto*

F 3

\*) Lexic. Chald. p. 1640.

*quarto die, et יומא עֶסְרִין וְחָד usque  
ad diem vicesimum primum.*

II	חַד עֶסֶר	contracte	חָדָסֶר, חָדָסְרִי
I 2	תְּרֵי עֶסֶר	—	תְּרִיסֶר, תְּרִיסְרִי
I 3	תְּלַחַת עֶסֶר	—	תְּלַחַתִּיסֶר, תְּלַחַתִּיסְרִי
I 4	אַרְבַּעַת עֶסֶר	—	אַרְבַּיִסֶר, אַרְבַּיִסְרִי
I 5	חֲמִשָּׁא עֶסֶר	—	חֲמִיסֶר, חֲמִסְרִי
I 6	שֵׁתַּא עֶסֶר	—	שֵׁתִּיסֶר, שֵׁתִּיסְרִי
I 7	שִׁבְעַת עֶסֶר	—	שִׁבְסֶר, שִׁבְסְרִי
I 8	תְּמַנְיַא עֶסֶר	—	תְּמַנְיֶסֶר
I 9	תְּשַׁעַת עֶסֶר	—	שֵׁתִּיסְרִי vel שֵׁתִּיסְרִי

pro תְּשַׁסְרִי

20	עֶסְרִין, עֶסְרִין	30	תְּלַחַתִּין
40	אַרְבַּעִין	50	חֲמִשִּׁין
60	שִׁתִּין	70	שִׁבְעִין
80	תְּמַנְן (*), תְּמַנְן	90	תְּשַׁעִין
100	מֵאָה	200	מֵאָתַין, מֵאָתַין
1000	אַלְף	10000	רְבֵו

Hinc reliqui numeri componuntur : é. g.

2 I חַד

\*) Contractum ex תְּמַנְיִין vel תְּמַנְיִין, formae  
nominum in א. definitis.

2 I חר ועסרון vel עסרון וחר 2 I  
 12 300 תלרת מאה  
 13 2000 תרין אלפין  
 14 (Jon. IV, II.) תרתא עסרי רבון 120000  
 15

13 Multiplicativa circumscribunt per  
 14 חר praepositum, ut Dan. III, 19. חר  
 15 שכערה *septuplum.*  
 16

17 Subjungo, quae non ingrata discen-  
 18 tibus linguam Chaldaicam futura puto,  
 19 nomina mensium. Sunt autem illi lu-  
 20 nares, ideoque non cum nostris solari-  
 40 bus plane iidem: comparari tamen  
 60 cum his possunt, quia intercalatione  
 80 integri mensis ad solares annos idem-  
 100 dem redire, seque illis adproximare  
 100 solebant lunares Judaeorum, qui Chal-  
 110 daice scripserunt, anni. Cur autem in  
 120 comparatione mensium Buxtorfium re-  
 130 centioresque omnes deseram, sequar  
 140 Syriacam linguam et Iosephi auctorita-  
 150 tem, ex *commentatione de mensibus He-*  
 160 *braeo-*

braeorum \*) discant lectores, si opus esse arbitrantur. Ergo circiter respondet nostro

<i>Aprili</i>	יָרֵחַ רֵאָבִיבָא, נִיסָן	<i>primus</i>
<i>Majo</i>	אֵיָר, אֵיָר	<i>secundus</i>
<i>Junio</i>	סִינ	<i>tertius</i>
<i>Julio</i>	תְּמוּז	<i>quartus</i>
<i>Augusto</i>	אָב	<i>quintus</i>
<i>Septembri</i>	אֱלוּל	<i>sextus</i>
<i>Octobri</i>	תִּשְׂרִי	<i>septimus</i>
<i>Novembri</i>	מְרַחֲשָׁן **)	<i>octavus</i>
<i>Decembri</i>	כֶּסֶל	<i>nonus</i>
<i>Januario</i>	טֵבֵת	<i>decimus</i>
<i>Februario</i>	שֶׁבֶט	<i>undecimus</i>
<i>Martio</i>	אָדָר	<i>duodecimus</i>
		<i>post</i>

\*) Undecima earum, quas sub titulo, *Michaelis commentationes Societati Regiae scientiarum Goettingensi per annos 1763-1768. oblatae*, edidi.

\*\*) יָרֵחַ מֵיֶסֶף אֲבִיבָא Reg. VI, 38. non est mensis nomen, sed etymologica interpretatio, eaque inepta, nominis Hebraici בּוּל.

post quem, quoties opus  
 erat, intercalando ad-  
 debatur אָרר בְּתָרָא decimus tertius,  
 annum lunarem solari adproximaturus,  
 facturusque, ut primi mensis die XVI.  
 spicae Deo offerri possent.

DE PRONOMINIBVS.

§. XXIV.

*Pronomina personalia et suffixa.*

Pronomina personalia haec sunt

Fem.	Comm.	Masc.	Perf.
	אָנָה vel אַנָּה		1 } Singul.
	אַתָּה		2 }
היא		הוא	3 }
	אַתְּנָה vel נְתָנָה		1 } Plural.
אַתְּנָה		אַתְּנוּ	2 }
אַנְּנָה		אַנְּנוּ	3 }

Secunda persona singularis, (TU)  
 quoties masculini generis est in Daniele

et Ezra אנתה scribitur, ut distingui a feminino possit: monentibus in margine Masorethis, *He redundare*. Nempe Danielis et Ezrae tempore Judaei adhuc per Hebraismum TU masculinum extulisse videntur, אנתה: qui autem multis post seculis puncta adjecerunt, pronuntiationem suo tempore usitatam sequuti, אנתה punctarunt, ut He jam plane otiosum esset. Quae autem litterae cum punctis non conveniunt, eas ut redundantes notare solent Masorethae.

In 3. person. plural. mascul. licet dicere, המון, המון, et המון. In feminino Dan. VII, 17. habes אנין, seu, ut Casfellanus codex a prima manus habet אנין

Pronomina personalia aliis partibus orationis, verbis, praepositionibus, et nominibus in fine addita, cumque illis in unam vocem contracta, *suffixa* dicuntur. Post verba et praepositiones pro-



propriam personalium significationem perfecte retinent, ut יְבַרְכֵנִי *terrebant me*, אֲנִי *a me* etc. at post participia et nomina alium quodammodo significatum adsciscunt.

Paradigma suffixorum verbis in unius tertiae personae praet. sing. masc. exemplo proponam:

		Singul.	
Fem.	Comm.	Masc.	
	קְטַלְנִי		
קְטַלְתִּי		קְטַלְתָּ	
קְטַלְתְּ		קְטַלְתָּ	
		Plural.	
	קְטַלְתֶּם		
קְטַלְתֶּם		קְטַלְתֶּם	
קְטַלְתֶּן	(*)	קְטַלְתֶּן	

(\*) Haec duo suffixa solis literis ac sine punctis scripsi, quod tacente Syriasmō, Danielisque et Ezrae Chaldaismo, qui ea non habet sed pronomine separato

separato utitur, (Dan. II, 34. etc.) incertum est, utra melior sit punctatio, קטלכו Hof. I, 4. an quam aliqui grammatici in paradi-gmate ponunt, קטלכו?

*Futuro frequenter  
ante suffixa dicitur  
תקדמו*

Verbo substantivo praesentis temporis cum careant Orientales, ejusque loco pronomina personalia usurpent, ut אָנֹכִי significet, *sum*, אָנְתָּ *es*, הוּא *est* etc. factum est, ut Aramaei ex compositione participii cum pronomine personali novum aliquod verbum praesentis temporis formarent, eoque linguam suam ditarent.

Sic pro קָטַלְתֶּם אֶתְּחַיִּים אֲנֹתָן dicunt, קָטַלְתֶּם, *occiditis*. Nec tamen audeo, ut alii fecerunt, paradigma adjicere hujus praesentis: paradigmata enim non ex analogia aliqua auribus percepta proponi a grammatico debent, sed decerpi ex magno exemplorum numero: exempla autem contracti cum pronomi-nibus personalibus participii neque ipse collegi, qui nunquam antea in animo habebam

אֲנֹתָן

habebam grammaticam Chaldaicam scribere, eamque nunc festino, nec collecta ab aliis, quibus uti possim, reperi.

Post nomina, ut apud Hebraeos ita et apud Aramaeos, suffixa non quidem desinunt esse personalia, sed tamen novam quodammodo significationem induunt, ac vice funguntur pronominum possessivorum: e. g. *rex mei*, et *rex nostrum*, dicitur pro, *rex meus*, et *rex noster*: Paradigmata sunt מֶלֶךְ *rex*, et מַלְכָּא *regina*, seu, ut ante suffixa in statu emphatico concipi debent, מֶלֶכָּא et מַלְכָּתָא. Eundem typum sequi quoque solent suffixa particularum: Notum id ex grammatica Hebraica. Singularem ante suffixa simulant particulae ית, בתר, קבֿל, pluralem, אית, בין, קרם, עֵלִי, quamquam aliquae ex his aliisque utriusque sunt numeri.

*Para-*

Paradigma suffixorum nominis  
masculini.

aliquando mela: qoqz  
Fu (mela) ארכיה  
an. Wp. 1. 26.  
75

Sing.	מְלִכִּי	
	מְלִכָּה	מְלִכָּה
	(2) מְלִכָּה	(1) מְלִכָּה
	מְלִכְנָא	
	מְלִכְכוּן	מְלִכְכוּן
	מְלִכְהוּן	מְלִכְהוּן
Plural.	מְלִכִּי	
	מְלִכִּי	(3) מְלִכִּיהַ
	(5) מְלִכְהָא	(4) מְלִכְהוּי
	מְלִכְנָא	
	מְלִכְכוּן	מְלִכְכוּן
	מְלִכְהוּן	(6) מְלִכְהוּן

Addere nonnulla liceat, quibus ipsum paradigma onerare nolui

1) מְלִכָּה sine Patach gnubha. - - Pro He Mappikato Aleph poni crediderunt Masorethae in פֶּשֶׁרָא Dan. IV, 15. 16. V, 8. Verum est duplex lectio in unam vocem a librario et punctatore confusa. Literae textus legendae sunt in statu emph-

emphatico פִּשְׁרָא; vocales pertinent ad aliam lectionem פִּשְׁרָא in codicibus ob-

Daniel. 10 - -  
עֲשֶׂה <sup>habent ad 6</sup>  
דָּבָר <sup>דָּבָר יִשְׂרָאֵל הָאֵלֹהִים</sup>  
וְעָשִׂיתָ <sup>ad 16 - respondeat</sup>  
עִינֵי <sup>etiam quatuor</sup>  
הַמַּלְאָכִים <sup>habent עִינֵי</sup>

viam, ut ex bibliis Io. Henrici Michaelis discitur.  
2) Aliquando et per Patach, ut בַּהַ  
Dan. III, 15. אֲשֶׁר עָשָׂה לְבָרְכֵי וְלִמְלָכֵי

rectior ut iudice habent בַּהַ

3) Cum Jod quiescente, quod Masorethae ut superfluum notare solent, adscripto יִיתיר יִ. Vide Dan. III, 12. 18. IV, 24. Ultimo loco invenies quoque cum Jod mobili, nec tamen servili pluraliter sed radicali חֲטִיף, addito in non paucis codicibus et editionibus Keri חֲטָף.

4) In Thargumim sequioribus, i. e. Hierosolymitano et Pseudojonathanis, saepe reperies מְלֹכוֹי.

5) Pro מְלֹכָא Daniel plerumque habet מְלֹכִיָּה, ut גְּבִיָּה et גְּבִיָּה c. VII, 4. 19. טְפָרִיָּה 19. קְרָמִיָּה 7. 8. 20. רְגִלִיָּה 19. שְׁנִיָּה 5. 19.

6) Pro hoc Nun nonnunquam ad imitationem Hebraismi ponitur Mem. Ezr. V, 3. 4. 5. 10. VII, 24. ~~16. 17.~~

Ezr. VI. q. hoc locum in Chaldaeo Nomi. Paloss: ~~...~~ i. e. Samaritano invenitur.

## Nominis Feminini.

Sing.

מְלַכְתִּי

מְלַכְתְּךָ

מְלַכְתְּךָ

מְלַכְתֶּהָ

מְלַכְתֶּהָ

מְלַכְתֵּנָּא

מְלַכְתְּכוֹן

מְלַכְתְּכוֹן

מְלַכְתֵּהוֹן

מְלַכְתֵּהוֹן

Plur.

מְלַכְתֵּי

מְלַכְתֵּךְ

מְלַכְתֵּךְ

מְלַכְתֵּהָ

מְלַכְתֵּהָ

מְלַכְתֵּנָּא

מְלַכְתֵּיכוֹן

מְלַכְתֵּיכוֹן

מְלַכְתֵּיהוֹן

מְלַכְתֵּיהוֹן

## Exemplum anomalorum, חם, אח, אב

אֲבוֹנָא

אֲבִי

אֲבוֹכֵן

אֲבוֹכוֹן

אֲבוֹיָךְ

אֲבוֹיָךְ

אֲבוֹהֵן

אֲבוֹהוֹן

אֲבוֹהָא

אֲבוֹהָי

Quod alii volunt pro אֲבִי etiam formari אֲבָא, teneri non potest: אֲבָא est status emphaticus, quo filii patres, suos quidem, alloquebantur, sed propterea א non

non est pronomen, *meus*. Est tamen plane singulare, quod pro *בִּינִי* inter me, interdum reperitur *בִּינָא*, Gen. XIII, 8.

§. XXV.

*Pronomina demonstrativa, relativum, interrogativa, reciproca, possessiva.*

Reliqua jam sequuntur pronomina

1) *demonstrativa*:

Singul. masc. *הַן*, *הָהָּ*, *הַהֵן*, inque statu emphatico *הַהֵּן*: hoc enim, quod alii grammatici feminino soli adsignant, saepissime in Daniele masculine ponitur. Exempla invenies in Buxtorfii concordantiis.

Singul. fem. *הֵּנָּה*, *הָהֵּנָּה*, *הַהֵנָּה* et *הַהֵנָּה*  
Dan. II, 10.

Ortum videtur ab Hebraico *הָ* Caph, quod interdum in fine additur, est suffixum superfluum secundae personae. Sic Arabes dicunt,

G

hi

*hi tibi sunt fideles, pro, hi sunt fideles.*

Vide Gramm. Arabicam §. 51.

Plur. אֵל, אֵלֶּה, אֵלֶּיךָ, et cum eodem Caph secundae personae אֵלֶּיךָ.

2) *relativum*, non nisi unum דִּי, ex eoque truncatum ךְ praefixum. Neque solum relativum, *qui, quae, quod*, in omni genere et numero significat, indeque circumscriptio genitivi casus infervit, ut שְׁלֵמָה דִּי מְלִכָּה Dan. II, 19. sed et conjunctivam particulam, *ut, vel quod*.

3) *interrogativa*: מִן et מִנּוּ *quis?* atque de rebus, מַה, מִן, et מִנָּה *quid?* Ex his מִן (← Syrorum,) ob locum Hebraicum Mosis Exod. XVI, 15. notandum.

4) *reciproca* faciunt adjecto suffixo ad nomina auxiliaria גּוֹף, עֵצִים, גָּרִים, et גַּפֶּשׁ: ac denique

5) *possessiva* separata, adjecto suffixo post דִּירֵל et דִּיר: דִּירְלֵךְ *qui est tibi*, id est, *tuus*.

DE

II 2. 40 cum (1)

fractibus; (2)

Renovato proter

an: mittunt, nec

ut LXX, qui scribit

cor.

etiam (1) q. 2.

e. q. 1. 2.

in appendice

libri I. 2.



DE PARTICULIS.

§. XXVI.

*Praefixa Chaldaeorum.*

Ex particulis sola notabimus praefixa, septem numero, כ, ל, נ, ו, ה, ר, מ, nec de illis multa dicemus, quod praerique ex grammatica Hebraica nota sunt: reliquas particulas omnes lexicographis relinquemus.

כ, נ, ו et ל idem significant Chaldaeis, quod Hebraeis, eodemque, quo apud Hebraeos, modo praefiguntur.

De uno Lamed addendum,

1) saepe futuro praeponi, eaque in imperativum convertere, aut per U T explicandum esse

2) post illud saepe abjici a) Jod praeformativum futuri, b) Mem praeformativum infinitivi Peal.

Exempla habe, ליהוון *sunt*, pro ליהוון Dan. V, 17. ליהוה pro למיהוה Dan. II, 28.

29. למבנהא pro לבנהא Ezr. V, 13.

*Adverbium quod ut apud Syros. multa, forma Chaldaea ad praefixum femininorum וְסִרְיָאֵי Peal*  
*Ex Praefixa כ ו נ ל*  
*כ ו נ ל א י ה ר מ*  
*Peal*  
*באז 1. 13. 49*  
*Notandum tamen exemplum quod dicitur esse fundum; quod est ab Hebraeo atque versione Lyriaca Chaldaicorum bene fund.*

G 2

He



He non est demonstrativum, (eo enim non opus est Chaldaeis, statum emphaticum habentibus,) sed interrogativum, praefigiturque, per Chateph Patach aut Patach, iisdem, quas gramm. Hebr. habet, legibus atque exceptionibus. Dan. II, 26. הֲאִתִּיהָ *tune es?* VI, 21. הֲיָכֵל *potuitne?*

Vau conversivum ignorant Chaldaei, solum habent copulativum, eodem modo, quo Hebraei, praefigentes.

Daleth, cum particula separata דָּ significatione convenit, estque 1) *qui, quae, quod*, 2) *ut vel quod*, 3) nota genitivi. Ortum videtur ex Hebraico דֶּ relative accepto, neutiquam ex שׁ praefixo: nec enim Schin solet in Daleth mutari, estque Schin praefixum Hebraeorum ex imitatione potius Chaldaismi ortum, frequens in libris recentioribus, sed nullo certo exemplo in toto pentateucho Mosis repertum. Praefigitur per Schva, דְּמֶלֶךָ, *regis*, quod Schva ante aliud Schva notas ex grammatica Hebraica mutationes subit.

EX-



im  
ati-  
m,  
aut  
ha-  
II,  
ne?  
aei,  
no-  
ni-  
od,  
vi-  
to,  
hin  
ae-  
ius  
re-  
to-  
efi-  
od  
na-  
X-

# EXCERPTA GRAMMATICA

EX  
CODICE CASSELLANO.

G 3

EXCERPTA  
GRAMMATICAE

CODICE CASSELLANO



Ch  
jor  
pia  
vit  
spe  
tho  
lim  
ad  
dar  
qua  
rio  
nu





§. I.

*Instituti ratio.*

**C**um ante aliquot annos codicem Cassellanum editioni Vanderhoogtianaë compararem, in Chaldaicis Danielis et Ezrae solito major occurrebat variarum lectionum copia: pleraeque autem non manifesto vitio laborantes, non tam sententiam spectabant, quam grammaticam et orthographiam. Neque id ita accipi velim, ut omnino negem, aliquas etiam ad sententiam et interpretationem quodammodo pertinentes, repertas fuisse, quarum exempla deinceps dabo: rariores tamen in tanta variarum lectionum silva, quam antea consueveram,

reperiebam, eaeque ipsae auctoritate antiquarum versionum parcius, quam in aliis libris, confirmabantur, forte, quia vix tres nobis supersunt harum pericoparum versiones immediatae, Syriaca, Theodotionis et Vulgata, ipsa enim, quae a LXX viris nomen habet, Danielis versio hucusque in bibliothecis latuit, ac nunc demum, dum haec scribo, Romae ex bibliotheca Vaticana editur. Ipsae autem illae grammaticae et orthographicae varietates non indignae videntur, quarum insigniores excerptam, grammaticaeque Chaldaicae tanquam aliquod corollarium addam. Cum enim in magna paraphrasium Chaldaicarum perturbatione ac scribendi inconstantia, quae in punctis prope incredibilis est, Chaldaicae Danielis et Ezrae pericopae tanquam aliqua habitae sint norma grammatica, ad quam et Buxtorfius, nec id dissimulans, puncta sic dictorum Thargumim

gumim corrigere suscepit : quaeri omnino oportebat , haecne norma sit in antiquis codicibus eadem , quae in editionibus typographicis. Id vero fecus , ac forte speraverit magnus Buxtorfius , (haud scio an unus omnium christianorum chaldaicae linguae peritissimus ,) se habere in non paucis , ex codice Cassellano intellexi : existetque ex eo alia nonnunquam grammatica , ab ea , quam ex bibliis editis depromsi , hactenusque tradidi , non parum diversa. Media forte inter utramque veritas , nec is sum , qui unum codicem , quantumvis antiquum et venerabilem , diuturnae familiaritatis causa , et quod multum illi temporis et diligentiae impendi , reliquis omnibus praferam. Judicent , prout lubuerit , non qui ex hac grammatica Chaldaica discere incipiunt , sed eruditi , in consilium adhibito Syriasmō occidentali : hujus enim multo plus , pluribusque

ex libris novimus, quam Chaldaismi Judaizantis, estque in eo certior vocalium quam in Chaldaicis ratio.

Accedit et alia, haec evulgandi, causa. Codicem Cassellanum celeberrimo Kennicoto, primo excerptum curavi, cumque id unius ex duobus conferentibus culpa minus, quam par erat, factum esset diligenter, meis oculis collationem recognovi et supplivi, ultra quingentas addens lectiones omissas: sed nihil de varietate punctorum Kennicoto excerptum est, quippe qui solas literarum lectiones excerpti volebat. Ergo pleraeque, quae ad grammaticam Chaldaicam spectant, varietates lectionis, in opere Kennicotiano nunquam legentur, quia punctorum sunt, periturae philologis, nisi eas hic servarem.

Duo sunt, quae scire adhuc lectores velim. Primo, ne mihi quidem omnes punctorum varietates excerpti, sed eas  
solas,



folas, quae literis conferendis intento  
ultra se offerebant: nec enim meos in  
usus conferre codicem Cassellanum, sed  
Kennicoto recognoscere collationem mi-  
nus diligentem volebam; oportebat er-  
go me omnem curam oculorumque  
aciem consonantibus intendere; si quid  
praeterea obiter observabam in punctis,  
id meum tanquam lucrum erat. De-  
inde, non animus est, omnia quae mi-  
hi de punctis notavi hic effundere, sed  
pauca, quae a grammatica consueta  
longius recedunt, ex illis excerpere, ac  
sub certa capita redigere.

§. II.

*Exempla lectionum variarum quae  
integras voces aut sensum  
mutant.*

Ne autem suspicentur lectores, ni-  
hil variarum lectionum in Chaldaicis  
pericopis Cassellanum codicem habere,  
nisi

nisi quod ad minutias grammaticas pertineat, faciam quod antea promisi, exempla proponam lectionum, aut totas voces omittentium, aut sensum mutantium.

Dan. III, §. pro, וְיָמֵן, et quisquis, punctator scripsit, וְיָמֵן, et ex quo: hac sententia, eo ipso momento, quo quis, instrumentorum musicorum concentu audito, non statim se colosso aureo prosternet, in fornacem conjicietur. Est tamen consuetudine punctorum lectio, me arbitro, melior.

IV, 15. Nomen Nabochodonosaris habet quidem Cassellanus a prima manu ac literis tenus: punctator autem aut nulla ei puncta subjecit, aut statim madentia adhuc delevit, (solet autem voces, in suo codice, ex quo puncta fumebat, non repertas, ideoque pro spuris habitas, punctis destituere) deinde praecedens מלכא adjecto Athnacho distinxit, denique lineam supernam

וְיָמֵן

nam

nam horizontalem, qua damnari voces in codice Cassellano solent, huic nomini imposuit: ita

מֶלֶכָּא נְבוֹכַדְנֶצַּר וְאַתְהָרָה

Videtur ergo punctator illo in codice, ex quo puncta fumebat, quemque Cassellano ipso non modo antiquiorem, sed et ob insignium lectionum frequentiam, quae auctoritate antiquissimarum versionum corroborantur, prope meliorem habeo, nomen נְבוֹכַדְנֶצַּר non reperisse. Nolim equidem iudicare, uno teste contra multos dicente: id tamen certum, non male cum textu agi, si Nabochodonofaris nomine careat.

Dan. V, 2. [ מן היכלא רי בירושלם ]  
 Hic supra די circellus a correctore scriptus est, marginem inspici iubens; margo addit, בֵּית אֱלֹהָא די, plane ut versu tertio legitur. Non quidem video, quemquam ex antiquis interpretibus (sed quam paucos habemus Danielis?)

nielis?) adstipulari: est tamen ejusmodi correctio, quales plurimae sunt in hoc codice, verba ob ὁμοιοτελευτον \*) a librario omiſſa reſtitui jubentes. Certe in antiquiore codice ita legiſſe videtur, qui in margine addidit, quod equidem iterum factum eſſe a punctatore arbitror.

Dan. V, 21. עם ערריא, *cum onagris*] Sic et Caſſellanus a prima manu, ſed alia manus correxit עם ערריא, *cum gregibus erit commoratio ejus*. Et hoc ex ſuo codice punctatorem correxiſſe arbitror, quia Raphe ſecundae literae impositum correcturae conſentit.

Dan. V, 23. אֶרְחֶתְּךָ et *cujus ſunt omnes viae tuae*] Caſſellanus habet אֶרְחֶתְּךָ *omnia alimenta tua*: i. e. Deum, qui te nutrit, et cujus beneficio tanquam demenſum tuum accipis.

Dan.

\*) Nempe ביתאליהא ante et poſt ſe habet די.

Dan. VI, 5. posterius להשכחה, *invenire*, circulo critico superno, qui ad marginem remittit, signavit corrector, inque margine addidit, בה, *in eo*. Hoc additamentum expressit Graeca versio, (non illa LXX. virorum, sed quae in Daniele lecta est ab ecclesia, Theodotionis) κατ' αὐτῶν, et Syrus כגון

In Daniele ergo is qui literas describebat textum nactus est, nostris impressis satis consentientem: insigniores autem variae lectiones punctatori debentur, aliter in eo codice, ex quo puncta sumebat, legenti, exque eo Cassellanum corrigenti.

Ex Chaldaicis Ezrae pericopis haec specimina sunt.

Ezr. V, 5. 9. VI, 7. 8. 14. pro שְׂבִי *senioribus* Judaeorum, Cassellanus per Schin habet שְׂבִי *reduces ab exsilio, revertentes in patriam.*

VII,

VII, 14. Pro **נורת** in lege, habet **נורת** secundum legem, quod est reliquae orationi paulo aptius: nec tamen quidquam definitio, cum nullus antiquorum interpretum ita verterit.

VII, 15. **וְלִהְיֶבְלָהּ** et ut perferas argentum, aurum etc.] Per Caph scriptum a prima manu **וְלִהְיֶכְלָהּ**, et in templum ejus. Sic ad praecedentem versum referendum, vertendumque erit: ut inquiras in Judaeam, Hierosolymamque, et templum Dei, i. e. ut Judaeae, Hierosolymae et templo intendas, curamque ejus agas. Concinunt huic lectioni LXX, exque illis facta Arabica versio, **وَالي بيت الله** *Kuḥis*, *και εις οἶκον*

Hic vero videtur punctator, codice usus receptam lectionem habente, dubius inter utramque haesisse. Cum enim Cassellanae literae haec habere puncta debeant, **וְלִהְיֶכְלָהּ**, medius tanquam

quam et fluctuans sub Caph et Lamed Kamets posuit, et tamen He signo Map-pik notavit, וְלִהְיֶכֶלָּה, monstrum grammaticum! sed qualia plura ex confusione duarum lectionum constiterunt, grammaticis quibusdam magnam habere emphasin visa. Codices autem Hebraicos si quis conferens, in exemplis videat, quo modo ejusmodi monstruosae formae nascantur \*), desinet, spiritui eas sancto auctori tribuere, vimque significationis insignem ac divinam admirari.

VII, 21. Pro סֵפֶר *scriba*, seu *erudito*, סֵפֶר *librum* habet, hac sententia:  
*sacer-*

\*) Sic in eodem nostro codice Dan. VII, 21. formam reperies, quam ex praeterito et participio compositam dicturi essent haud pauci, וְיִכְלָר: atque est sane ex praeterito et participio composita, verum non grammatico, sed a librario, qui puncta consuetae lectionis adscripsit alii lectioni וְיִכְלָר punctandae.

*sacerdos libri legis Dei.* Utramque lectionem conjunxit Syrus, vertitque; ac si כֹּהֵן סֹפֵר legisset: *sacerdos, scriba* (seu doctor) *libri legis Dei.* כֹּהֵן סֹפֵר סֹפֵר סֹפֵר.

Haec sufficient, levia sane, ac prope nulla, illis comparata, quae in Hebraica parte codicis Cassellani inveni; quorumque aliqua proxime in bibliotheca Orientali, jam imprimi coepta, cum lectoribus communicabo.

### §. III.

#### *Orthographica consonantium.*

Jam ad excerpta venio plane grammatica. In literarum quidem orthographia non multum novi notatuque digni. Quod enim innumeris in locis נ pro ה, aut ה pro נ positum, aut alterutrum eorum linea transfixum est altera ei litera a correctore superimposita, nemini novum videbitur Chaldaicarum



carum literarum non plane experti. Vide gramm. §. 2. n. 1. Id tamen ex Cassellano codice didici, majorem olim fuisse scribendi licentiam, quam nunc est in editionibus, frequentioremq; utriusque literae permutationem.

קיתרס, *cytharæ* nomen, Dan. III, 3. 7. 10. 15. plenius quam in editis, קיתרוס scriptum reperi. Sic Syri occidentales ܩܝܬܪܘܫܐ

## §. IV.

*De vocalibus.*

Pleraque ad vocales ac puncta redeunt, quorum hic nova facies surgit, editionibus bibliorum, grammaticisque inde haustis, adsueto.

Primo enim ad ipsas vocales quod attinet, saepe aliae ponuntur, quam quibus hucusque adfuevimus, quantitatis etiam leges frequentius negliguntur. Praeter ea, quae deinceps ad

paradigmata verborum ac nominum dicentur, haec exempli causa praelibabo. Codex Cassellanus,

- 1) *Kamets ponit pro Schwa*: Dan. II, 47. אֶלְהֶכּוֹן VI, 14. עָנוּ 21. עָצִיב 47.
- 2) *Kamets pro Patach*: Dan. II, 24. אָמַרְתָּ *ingressus est*: 31. חָרַר IV, 5. אָמַרְתָּ VI, 18. בָּאֲתָר VII, 6. וְהִתְמָה VII, 6. סִלְמֹת 20.
- 3) *Kamets pro Kometschatuph*: Dan. II, 39. אָחָרִי Nempe Kamets sub Aleph legendum esse, ex sequente Chatephpatach percipitur: post Kometschatuph enim Chatephkomets sequi debuisset, ut fit in impressis.
- 4) *Patach pro Kamets* saepissime: Dan. II, 11. מְרַהוֹן 42. וְאֶעֱבֶרָה numero plurali, IV, 18. יִשְׁכְּנוּ VI, 19. וְתִלַּח VII, 5. שְׁלֹמֹכּוֹן 26. וּבֵת מֹוֹת 19. et 23. רְבִיעִיתָא 27. מִלְכּוֹת.
- 5) *Patach pro Chirek*: Dan. IV, 29. וְשָׁבְעָה.

6) *Tfere*

- 6) *Tfere pro Schva*: Dan. II, 11. אֱלֹהִין  
 et v. 22. אֱלֹהִים, more Syrorum occi-  
 dentalium, Aleph initiale non sine  
 vocali efferentium. — Dan. III, 27.  
 רֵאשִׁיחוֹן: sed forte haec non tam est  
 anomalia, nec mutatio Schva in Tfere;  
 quam varia ipsarum literarum  
 lectio, punctatore in eo codice, ex  
 quo puncta descripsit, pluraliter in-  
 veniente רֵאשִׁיחוֹן *capitulum eorum*. Cer-  
 te ipsa res pluralem poscit: de tri-  
 bus enim viris sermo est, tria capi-  
 ta, non unum, habentibus.
- 7) *Tfere pro Chirek*: Dan. V, 13. הִיתִי  
 VII, 7. אֲמַתִּי *terribilis*. Est hoc  
 exemplum femininae terminationis  
 per E scriptae plane singulare.
- 8) *Segol pro Tfere*: Dan. V, 2. שְׁגֻלָּתָהּ  
 30. בְּלִילִיא VII, 6. לְהִיוֹתָא 16. מִנָּה
- 9) *Segol pro Chirek*, modo Syrorum  
 occidentalium, saepe: Dan. II, 9.  
 וְאֲנִיעַ 41. נִצְבָּתָא IV, 30. et VI. גְּשָׁמָה  
 V, 27. חֲקִילָתָא

H 3

10) *Chi-*

- 10) *Chirek omiffum*, Dan. VI, 6. in אַרְיָן  
Sed haec punctatoris negligentia, aliquoties in Hebraicis quoque adconfanda, videtur festinationis potius quam consilii aut moris esse. Vide §. IX. n. 1.
- 11) *Schurek pro Cholem*: Dan. III, 31.  
לְגִיב VI, 13. שְׁלִמְכוֹן
- 12) *Kibbutz pro Cholem*: Dan. II, 10.  
לְגִב VI, 8. הַרְשָׁם

## §. V.

*De notis diacriticis.*

In notis diacriticis haec pauca nostro codici priva observavi:

- 1) Schva aliquando ponit, ubi vocalem possunt grammaticorum praecepta, habentque editiones: ut Dan. IV, 30. סִפְרָה. Contrarium hoc, non praeceptis modo, quae diximus, grammaticorum, sed et linguae Syriacae analogiae: qui autem Thargumim

gumim legit, et vero sequiora, haec punctorum errata non ut insolita mirabitur, licet in textu Danielis et Ezrae vitari ab editoribus soleant.

- 2) Sub literis finalibus, de quibus grammatica nihil tale praecipit, Schva nonnunquam positum, vt Dan. III, 1. שֵׁת Ezer. VI, 15. שֵׁת Dan. IV, 31. בְּרִכַּת V, 10. עֲלִילָה (*ingressa est*) v. 21. cum Nun supra lineam posito, ac verbo punctato in modum futuri, יִדַּע VII, 5. הַקִּימָה
- 3) Jam dictum est §. V. n. i. b. grammaticae, saepe Dagesch lene in tertia radicali desiderari, licet Schva quiescens praecedat. Id vero codex noster frequentius etiam, quam biblia impressa, sequitur, ut cum Dan. II, 41. in נֶצְבְּתָא Thau raphatum habet.
- 4) Dagesch forte contra leges grammaticorum in fine vocis ponitur in שֵׁת Dan. III, 1. et שֵׁת Ezer. VI, 15. quod

quod forte ad illustrandum Dagesch  
in Hebraico אַתְּ (*tu, femina*) trans-  
ferri possit.

## §. VI.

*De verbis, et quidem praeteriti  
temporis.*

In flexione verborum, et primo qui-  
dem praeteritorum, haec a consueta  
lege recedentia enotavi:

*In singulari.*

Tert. perf. masc. Dan. II, 10. שָׂאֵל  
35. וַיִּשָּׂא VI, 1. קָבַל: inque verbis  
anomalis, Dan. II, 23. חָלַי VI, 13. הִיָּתִי

Tert. perf. fem. Dan. II, 45. contra  
editiones regulariter posita est אֶתְּמַרְתְּ  
In verbis tert. rad. Aleph Patach loco  
Kamets haberi, Dan. II, 34. 35. מָחָר  
et 35. מִלְּאֵרֶץ, jam, nisi fallor, in gram-  
matica dictum. Prorsus unica est et  
insolita forma, Dan. V, 10. עָלְלֶתְךָ cum  
Cha-

Chatephpatach ac sine Dagefch forti, cumque Kamets sub fec. rad. ac si esset a radice עלה. Forte in eo codice, ex quo puncta Cassellana sumta sunt, עלת legebatur, idque punctator per errorem ad verbum עלה, *adscendere*, Chaldaeis insolitum, retulit.

Prima persona Dan. II, 25. per Chirek scripta, השכחתי

*In plurali,*

tertia modo persona aliquid mediocris anomaliae habet, posito Kamets pro Patach: Dan. VI, 8. אֶתִּיעֲטוּ Ezr. IV, 8. כָּתְבוּ II. שְׁלַחוּ 23. אֶזְלוּ V, 7. שְׁלַחוּ Aliquando et in terminatione est Cholem pro Schurek, דָּקוּ Dan. II, 35.

Plus autem, in minutiis certe grammaticorum, momenti habet, quod terminatio verborum tertiae radicalis Aleph, nec semel aut iterum, sed, si recte memini, ubique, יי. cum Schurek in Vau scribitur pro יי. editionum,

I

gram-

grammaticarum, Syriasmique occidental<sup>is</sup>. Exempla sunt Dan. III, 21. וְרָמִיּוּ 28. שְׁנֵי V, 3. 4. אֲשֶׁר־הִיּוּ 21. שְׁנֵי cum Keri שְׁוִי. Reliqua non describo, inventa Dan. V, 20. 23. VI, 17. 25. VII, 12. Ezr. V, 2.

Alteram eorundem verborum terminationem, quae sine Jod scribitur, per Schurek punctatam inveni, וְרָמִיּוּ Dan. VI, 17. 24.

## §. VII.

*De futuro.*

Ex anomaliis futuri has paucas selegi:

*Singularis*

Tert. perf. masc. Dan. III, 6. וַיִּסְגֹּד 29. יִכַּל IV, 30. יֵאָכֵל Cholem Hebraizans hic in verbis positum, quorum duo, יִכַּל et יֵאָכֵל, ne apud Hebraeos quidem Cholem admittunt.

Tert. perf. fem. Dan. VII, 23. וַיִּתְרַקְנָה  
scriptio, nulla arte ad leges grammati-

cas



cas revocanda, ac forte manifestis vi-  
tiis adnumeranda.

*Pluralis*

Tert. perf. masc. Dan. V, 2. termi-  
nationem praeteriti, de qua paulo ante  
dixi, imitatur: וְיִשְׁתִּיר. Est autem ita  
non lapsu aliquo, sed consilio puncta-  
toris scriptum: cum enim a prima ma-  
nu codex haberet, ut editi nostri, וְיִשְׁתִּיר  
Vau et Nun rasum, atque in Jod et  
Vau mutatum est, scalpello, ut puto,  
punctatoris.

Tert. perf. fem. וְיִשְׁכֵּן Dan. IV, 18.

§. VIII.

*De infinitivis et participiis*

In infinitivis vix quidquam observavi  
rei insolentioris, nisi quod a חָנַן infini-  
tivus פֶּעַל מְחַנֵּן formatus est, Dan. IV,  
24. (בְּמַחֵן) nulla vocali sub praeforma-  
tiva Mem posita. Talis fere anoma-  
lia, ut, cum Syri ab eodem verbo fu-  
turum

turum faciunt,  $\text{לָל}$ , quod in Syriasmō suo p. 74. monuit, vitiisque punctationis annumeravit, Pater meus, forte minus illam futuri formam damnaturus, si praevidere potuisset, similem Chaldaicam in nostro codice inventum iri. Contra Ezrae VII, 13. infinitivus verbi med. rad. Vau,  $\text{הוּך}$ , cujus praeformativa Schva habere debuisset, per Tšere scriptus est  $\text{לְמַהֵךְ}$ .

In participio conjugationis Peal haec observavi:

- 1) in masc. sing. status absoluti aliquando sub prima radicali Schva poni loco Kamets, quod invariabile esse supra dixi: ut  $\text{אָמַר}$  Dan. IV, 4. et saepius. Cumque consequens inde fit, ut in incremento vocis scribatur,  $\text{אָמַרְא}$ ,  $\text{אָמַרְיִן}$ , per Patach,
- 2) hoc quoque nonnunquam factum esse reperi, ut Dan. II, 7.  $\text{יִּוֹ}$  III, 4.  $\text{אָמַרְיִן}$  II, 8.  $\text{זְבַנְיִן}$ . Reliqua exempla indicasse sufficiat, Dan. II, 21. 27.

27. 43. III, 7. 12. 26. uno excepto, quod ideo notatu dignum puto, quia in tertia radicali Dagesch lene habet, prorsus ac si brevis vocalis sub prima non per licentiam, sed ex lege grammaticorum posita esset. Est illud, modo ad participia, quorum formam ex consueta lectione \*) habet, referas, non ad nomina, אֲשֵׁפִין Dan. II, 27.

- 3) Aliquando ultimam syllabam per Chirek scribi, ut Dan. VII, 9. דָּלֶק  
Hoc tamen in impressis bibliis non plane insolitum.
- 4) Huic Chirek etiam matrem lectionis addi, ut literae Peil simulent. Dan. III, 17. יִכִּירֵל. Video sic etiam Buxtorfium in concordantiis scripsisse, licet secus habeat in bibliis.

I 3 In

\*) אֲשֵׁפִין. Dubiis hoc adnumeravi, quia alibi אֲשֵׁרִי scribitur, ut c. II, 10.

In participiis passivis Pael et Aphel Kamets nonnunquam pro Patach positum, ut Dan. II, 20. מְבַרְרָהּ VI, 5. מְהַיָּמֵן in Hebraismis numero.

## §. IX.

*De Conjugationibus.*

In conjugationibus Pael et Ithpaal interdum vidi, non solum Dagesch characteristicum omitti, (id enim vix commemorarem, cum saepe Dagesch forte, ut scriptu minus necessarium ac per verbi naturam subintelligendum, pro more sui temporis omittat codex antiquissimus) sed et praecedentem vocalem longam fieri, quin et in litera Begadchephat Raphe poni, ut plane adpareat, geminationis non signum omitti sed rem negari. Dan. IV, 31. וְהָרַתּוּ

Sic et in Ithpeel verborum med. rad. Vau aliquando Thau raphatum inveni, ut Ezr. IV, 21. יְתַשֵּׁם

Ithpeel

Ithpeel cum vocali sub media radicali scriptum inveni, יתְעַבֵּר Dan. III, 29. Ezr. VI, 12. VII, 21. 23.

## §. X.

*De Nominibus.*

Nominibus nonnullis mutatione punctorum aliam formam dat Cassellanus. Pro עֵלָּ, cuius Kamets est invariabile, habet עֵלָּ, idque in statu absoluto, Dan. III, 33. IV, 31. unde consequens est, ut in plurali עֵלָּיִן flectat: Dan. II, 4. 20. 44. III, 9. etc. Mihi quidem ob Syriasmis analogiam usitata flexio, quam et in paradigmatibus posui, præplacet: hic autem non locus est dicendi, quid placeat, sed quid repererim.

Ejusmodi aliquid fit in nominibus formae participii Peal, ut in eo, quod vix dum antea in participiis commemoravi, אֲשַׁפֵּן Dan. II, 27. et, (iterum cum Dagesch leni in tertia radicali)

I 4

אֲשַׁפֵּן

גַּרְבְּרִיא c. IV, 4. Praeterea in גַּרְבְּרִיא  
et רַחְבְּרִיא Dan. III, 2. etc. secunda li-  
tera pro Kamets habet Patach, גַּרְבְּרִיא  
רַחְבְּרִיא

Multa nomina formae קָמֶטֶל mutat  
Cassellanus in קָמֶטֶל, cujus formae Ka-  
mets invariabile esse debet: ut דָּהָב  
Dan. III, 1. נֶמֶר VII, 6. נֶשֶׁר VII, 4.  
רֶגֶן III, 13. Est hoc sine dubio dam-  
nandum, et ex Hebraismo ac Syrias-  
mo erroris convictum: sed et erro-  
res colligere lubet. Forte ex illis ali-  
quid veri extundetur, de quo sub fi-  
nem dicam.

Contra יָקָר, quod ex consueta le-  
ctione Kamets habet, יִקְרָא, יִקְרִין etc.  
flectendum, hic יִקָּר scribitur Daniel.  
II, 6.

A קָמֶטֶל et קָמֶטֶל cum duplex pluralis  
sit, קָמֶטֶלִין et קָמֶטֶלִין, hic quoque in Cas-  
sellano nonnunquam permutatur. A  
סְפָרִין pluralis formari solet סְפָרִין *libri*:  
Cassellanus סְפָרִין habet Dan. VII, 10.

Pro

Pro לשון, *lingua*, magis ad Hebraicam formam habet, לשון, indeque לשנא Dan. III, 4.

Ad flexionem quod attinet

- 1) in plurali nominum tertiae radicalis Aleph pro שתין invenies שתין sine Chirek, Dan. V, 23. et מצלון pro מצלון Ezr. VI, 10. suntne haec vitia negligentiae? an mos et licentia scribendi illius temporis, quo nondum magisterium Masoretharum factis agnoverant puncta?
- 2) אריא, *leo*, in plurali cum Dagesch forti in Vau et Patach ante illud flectitur ארינתא Dan. VI, 8. 13. 17. 20. 21. 23. 25. 28. Eodem modo et invenies עלון Ezr. VI, 9. Est in Syriasmō, quod hanc scriptionem commendare possit: nempe, quod nomina hujus formae pluralem in ע terminant, ut כּוּשׁוּעַ, Petocho autem Syrorum foli Patach Chaldaeorum respondet, pro Chaldaico Ka-

mets Syris non Petocho sed Zekofonentibus.

4) Nominis gentilitii status emphaticus pluralis paulo insolentior reperitur Ezr. IV, 9. אֲרַכְנֵי (Edeffeni) quamquam suspicor, has literas insolentius etiam punctandas fuisse, אֲרַכְנֵי, sic enim Syris Occidentibus Edeffeni vocantur.

5) Pluralis femininus aliquando Patach pro Kamets habet: אֲצַבְעֹת Dan. II, 42. וְכַרְבְּלֹתָהוּן III, 21. כְּנֹחֲהוּן Ezr. IV, 9. 17. יוֹמָר Ezr. IV, 15. 19.

### §. XI.

#### De Pronominibus.

In pronomibus nihil novi occurrebat praeter, רָבֵן Dan. II, 31. cum Caph Raphato: אָבִי *pater meus* Dan. V, 13. et הַשֵּׁלֶטֶן per Patach loco Kamets, c. II, 38.

Haec sufficiant: in quibus si tria sunt genera varietatum grammaticarum,



rum, primo sphalmata aliqua librarii, sed pauca, deinde, orthographia qualis est in Thargumim, sequior masorethica et incorreſtior, denique in paucis orthographia melior ea, quam in impreſſis bibliis habemus; erit mihi et mea cauſſa dicenda, et quodammo- do codicis. Primum genus nolui totum praetermittere, ne nimis amare codicem viderer, ex quo multum profeci, naevos ejus diſſimulans. Alterum eo pertinet, ut codex is, ex quo punctator Caſſellani codicis puncta deſcripſit, valde fuerit antiquus, ejusque temporis, quo puncta quidem vocalia et diacritica jam inventa erant, ſed de eorum uſu nondum plane ediſto maſorethico convenerat. Nempe octavi ſeculi initio VII vocales habebant Judaei, his deinde II aliae acceſſerunt \*): ſeculo

\*) Vide commentationem de Syrorum vocalibus (octavam earum, quas ab anno 1758. usque

culo undecimo jam satis receptae leges de usu harum vocalium: haec inter secula medius videtur fuisse, non codex Cassellanus (is enim seculi est undecimi, si vera dixit, quem vera dixisse puto, Schiedius,) sed ille codex antiquior ex quo puncta descripta habet. Sic hi ipsi naevi in laudem tamen antiquitatis codici vergunt, ex quo Cassellanus puncta accepit: simulque hoc ipsum *Φαυλόμενον*, quod in antiquissimis codicibus minor est *ἀνεπίβεια* grammatica punctorum, quam in editionibus codicibusque junioribus, non nihil facit ad quaestionem de antiquitate punctorum disputandam. Sed haec uberius in prima parte bibliothecae Orientalis, quae jam Francofurti typis excuditur, in qua Cassellanum codicem describam, lectionumque ejus insigniorum ex Hebraicis

usque ad 1762. societati scientiarum Goettingensi oblatas seorsim edidi §. VI.

braicis exempla dabo, ita illustria, ut nolim de iis ex his, quas nunc effudi, minutiis conjecturam fieri. Minimi enim momenti lectiones in Chaldaicis pericopis inveni: in ipso Daniele, sed Hebraico, cap. IX, 25. insignem et primariam, quae totum illud vaticinium, desperatum mihi antea, nova luce perfudit: sed de ea singulari scripto agam.



---

L I P S I A E

L I T E R I S   B R E I T K O P F F I I S









D: Dc 540

ULB Halle  
000 786 632

3/1



